Coger unas serbas, limpiarlas, picar en un mortero y colar. Sacar el nervio de cuatro sesos cocidos, poner en un mortero 10 gr. de pimienta, rociar con garum y triturar. Añadir las serbas, mezclar bien; romper 8 huevos, añadir una cucharada de garum. Untar una cacerola limpia, poner a las brasas y echar en ella el preparado. Procurar que tenga brasas por encima y por debajo. Cuando esté cocido, espolvorear pimienta molida y servir.

34. PATINA DE PERSICIS.
Persica duriora purgabis, frustratim concides, elixas in patinia compones, olei modicum superstillabis et cum cuminato inferes.

34 *Plato de melocotones*
Limpiar unos melocotones duros, cortar en trozos, cocer en agua, ponerlos en una bandeja. Echar unas gotas de aceite y servir con salsa de comino.

35. PATINA DE PIRIS.
Pira elixa et purgata e medio teres cum pipere, cumino, melle, passo, liquamine, oleo modico. Ovis missis patinam facies, piper super aspargis et inferes.

35 *Plato de peras*
Cocer en agua peras y sacarles el corazón. Macerarlas con pimienta, comino, miel, vino de pasas, garum y un poco de aceite. Añadir huevos y preparar una bandeja. Espolvorear

pimienta y servir.

36. PATINA URTICARIUM CALIDA ET FRIGIDA.
Urticam accipies, lavas, colas per colum, exsiccabis in tabula, eam concides. Teres piperis scripulos X, suffundes liquamen, fricabis. Postea adicies liquaminis ciatos duos, olei unc.VI. Caccabus ferveat. Cum ferbuerit, coctum tolles ut refrigescat. Postea patinam mundam perungues, franges ova VIII et agitabis. Perfundes, subtus supra cinerem calidam habeat. Coctam piper minutum asparges et inferes.

36 *Plato de ortigas de mar frío y caliente*

Coger ortigas de mar, lavarlas, escurrirlas con un colador, dejar secar en una mesa y cortar en trozos. Picar 15 gr. de pimienta, rociar con garum y macerar. Después, añadir dos cucharadas de garum y 150 gr. de aceite. Poner a hervir en una marmita. Cuando ya esté, apartar del fuego y dejar enfriar. A continuación, untar una tartera limpia, romper ocho huevos y batirlos. Echarlos en la tartera que se habrá colocado de manera que quede cubierta por las brasas. Una vez cocido, espolvorear pimienta y servir.

37. PATINA DE CYDONEIS.
Mala cydonia cum porris, melle, liquamine, oleo, defricto coques et inferes, vel elixata ex melle.

37 *Plato de membrillos*
Cocer membrillos con puerros, miel, garum, aceite, defritum, y servir. Pueden cocerse igualmente con agua y miel.

III. Minutal de piscibus vel isiciis.

III MENU DE PESCADO O DE ALBONDIGAS

1. MINUTAL MARINUM.
Pisces in caccabum mittes, adicies liquamen, oleum, vinum, cocturam. Porro capitatos, coriandrum minutatim concides, esiciola de pisce minuta facies et pulpas piscis cocti concarpis, urticas marinas bene lotas mittes. Haec omnia cum cocta fuerint, teres piper, ligusticum, origanum, fricabis, liquamen suffundes, ius de suo sibi, exinanies in caccabum. Cum ferbuerit, tractam confringes, obligas, agitas, piper aspargis et inferes.

1 *Menú marinero*
Poner pescados en una tartera; añadir garum, aceite, vino y el caldo. Cortar minuciosamente unos puerros bulbosos y coliandro; hacer pequeñas albóndigas de pescado, trocear la carne del pescado cocido y echar unas ortigas de mar bien lavadas. Una vez cocido todo, picar pimienta, ligústico, orégano, triturarlo, rociar con garum y con su propio jugo, echarlo en la tartera. Cuando hierva, romper el preparado, mezclar bien, remover y espolvorear pimienta, y servir.

2. MINUTAL TERENTINUM.
Concides in caccabum albanem de porris minutatim, adicies oleum, liquamen, cocturam, isiciola valde minuta, et sic temperas ut tenerum sit. Isicium Terentinum facies ñinter Ticia confectionem invenies- Ius tale facies: piper, ligusticum, origanum, fricabis, suffundes liquamen, ius de suo sibi, vino et passo temperabis. Mittes in caccabum. Cum ferbuerit, tractam confringes, obligas. Piper aspergis et inferes.

2 *Menú al modo de Terencio*
En una marmita cortar en trocitos pequeños lo blanco de unos puerros. Añadir aceite, garum y el caldo, albóndigas muy pequeñas y aliñar bien hasta que quede perfectamente condimentado. Hacer las albóndigas al modo de Terencio ð se encontrará el modo de hacerlo en el capítulo de las albóndigasð . Preparar una salsa con los siguientes ingredientes: pimienta, ligústico, orégano, picarlo, rociar con garum y con su propio jugo; mezclarle vino y vino de pasas. Echarlo en una marmita. Después de su ebullición, envolverlo con el preparado. Espolvorear pimienta y servir.

3. MINUTAL APICIANUM.
Oleum, liquamen, vinum, porrum capitatum, mentam, pisciculos, esiciola minuta, testiculos caponum, glandulas porcellinas, haecomnia in se coquantur. Teres piper, ligusticum, coriandrum viridem vel semen, suffundis liquamen, adicies mellis modicum et ius de suo sibi, vino et melle temperabis. Facies ut ferveat. Cum ferbuerit, tractam confringes, obligas, coagitas, piper aspargis et inferes.

3 *Menú al modo de Apicio*
Aceite, garum, vino, puerro bulboso, menta, pescaditos, pequeñas salchichas troceadas, menudillos de gallo, mollejas de lechón, y poner a hervir. Picar pimienta, ligústico, coliandro fresco o en grano, rociar con garum, añadir un poco de miel y jugo de la propia salsa, macerar con vino y miel. Dejar hervir. Cuando esté, envolver con la pasta, remover, espolvorear pimienta y servir.

4. MINUTAL MATIANUM.
Adicies in caccabum oleum, liquamen, cocturam, concides porrum, coriandrum, esicia minuta. Spatulam porcinam coctam tessellatim concides cum sua sibi tergilla. Facies ut simul coquantur. Media coctura mala Matiana purgata intrinsecs concisa tessellatim mittes. Dum coquitur, teres piper, cuminum, coriandrum viridem vel semem, mentam, laseris radicem, suffundes acetum, mel, liquamen, defritum modice et ius de suo sibi, aceto modico temperabis. Facies ut ferveat. Cum ferbuerit, tractam confringes et ex ea obligas, piper asparges et inferes.

4 *Menú al modo de Macio*
Poner en una cacerola aceite, garum, caldo y puerro, coliandro, salchichas cortadas en trocitos pequeños. Trocear una paletilla de cerdo en cuadrados y cocerla con su corteza, juntamente con lo demás. A media cocción, echar unas manzanas macianas troceadas, quitado previamente el corazón. Durante la cocción, picar pimienta, comino, coliandro fresco o en grano, menta, raíz de benjuí, bañar, macerar con vinagre, miel, garum, defritum, jugo del caldo, y aliñar con un poco de vinagre. Dejar hervir. Después de su ebullición, envolver con la pasta, ligarlo, espolvorear pimienta y servir.

5. MINUTAL DULCE EX CITRIS.
Adicies in caccabo oleum, liquamen, cocturam, porrum capitatum, concides coriandrum minutatim, spatulam porcinam coctam, esiciola minuta. Dum coquitur, teres piper, cuminum, coriandrum vel semen, rutam viridem, laseris radicem, suffundis acetum, defritum, ius de suo sibi, aceto temperabis. Facies ut ferverat. Cum ferbuerit, citrium purgatum intro foras, tessellatim concissum et elixatum in caccabum mittes. Tractam confringes et ex ea obligas, piper aspargis et inferes.

5 Menú dulce de cidras
Poner en una cacerola aceite, garum, caldo, puerro bulboso, coliandro triturado muy fino, la paletilla del cerdo cocida y pequeñas salchichas troceadas. Durante su cocción, picar pimienta, comino, coliandro fresco o en grano, ruda fresca, raíz de benjuí, mojar con vinagre, defritum, jugo del caldo y aliñar con vinagre. Dejar hervir. Después de su ebullición, echar en la cacerola las cidras limpiadas por dentro y por fuera, cortadas en trozos y cocidas en agua. Envolver con la pasta, ligarlo, espolvorear pimienta y servir.

6. MINUTAL EX PRAECOQUIS.
Adicies in caccabo oleum, liquamen, vinum, concides cepam Ascaloniam aridam, spatulam porcinam coctam tessellatim concides. His omnibus coctis teres piper, cuminum, mentam siccam, anetum, suffundis mel, liquamen, passum, acetum modice, ius de suo sibi, temperabis. Praecoquia enucleata mittis, facies ut ferveant, dones percoquantur. Tractam confringes, ex ea obligas, piper aspargis et inferes.

6 *Menú de albaricoques*
Poner en una cacerola aceite, garum, vino; picar unas cebollas secas de Ascalonia y cortar en cuadrados la paletilla de un cerdo cocida. Cuando esté todo cocido, picar pimienta, comino, menta seca, eneldo, rociar con miel, garum, vino de pasas, vinagre en poca cantidad, jugo de la propia salsa, y amalgamar bien. Echar unos albaricoques deshuesados, dejar hervir hasta su completa cocción. Envolver con la pasta, espolvorear pimienta y servir.

7. MINUTAL EX IECINERIBUS ET PULMONIBUS LEPORIS.
(invenies inter lepores quemadmodum facies). Adicies in caccabum liquamen, vinum, oleum, cocturam, porrum et coriandrum concisum, esicia minuta, spatulam porcinam coctam tessellatim concisam, et in eundem caccabum iecinera et pulmones inmittes. Dum coquitur, teres piper, ligusticum, origanum, ius de suo sibi, vino et passo temperabis. Facies ut ferveat. Cum ferbuerit, tractam confringes et ex ea obligas, piper aspargis et inferes.

7 Menú de hígados y asaduras de liebre

(Encontrarás la receta en el capítulo de liebres). Echar dentro de una cacerola garum, vino, aceite, caldo, puerro y coliandro picado, salchichas troceadas, la paletilla de un cerdo cocida, cortada en cuadrados, y a continuación los hígados y las asaduras. Durante la cocción, picar pimienta, ligústico, orégano, jugo de la propia salsa, vino y vino de pasas. Amalgamar cuidadosamente. Dejar hervir. Después de su ebullición, envolver con la pasta, espolvorear pimienta y servir.

8. MINUTAL EX ROSIS.
Eodem iure supra scripto, sed passum plus adicies.

8 *Menú de rosas*
Con la misma salsa descrita en la receta anterior, pero añadiendo vino de pasas en mayor cantidad.

IV. Tisanam vel sucum.

IV CREMA DE CEBADA

1. TISANAM SIC FACIES.
Tisanam lavando fricas, quam ante diem infundes. Impones supra ignem calidum. Cum bullierit, mittes olei satis et aneti modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et coleofium, ut ibi coquantur propter sucum. Mittes coriandrum viridem et sale simul tritum et facies ut ferveat. Cum bene ferbuerit, tolles fasciculum et transferes in alternum caccabum tisanam sic ne fundum tangat propter combusturam. Lias et colas in caccabulo supra acronem coloefium. Teres piper, ligusticum, pulei aridi modicum, cuminum et sil frictum, suffundis mel, acetum, defritum, liquamen, refundis in caccabum, sed coloefium acronem ut bene tegatur. Facias ut ferveat super ignem lentum.

1 Limpiar bien la cebada, que se habrá dejado en remojo el día anterior. Cocerla a fuego máximo. Después de su ebullición, añadir aceite en cantidad abundante, un pequeño manojo de eneldo, cebolla seca, ajedrea y un codillo de jamón, dejándolo cocer hasta que haga una crema. Echar coliandro fresco y sal, picada conjuntamente, y dejar hervir. Cuando esté, sacar el manojo de eneldo y trasladar la crema a otra cacerola procurando que no se queme. Quitar los grumos y seguidamente colar la crema encima del codillo de jamón. Picar pimienta, ligústico, un poco de poleo seco, comino y séseli frito, macerar con miel, vinagre, defrito, garum, y echarlo todo en la cacerola de manera que cubra bien el jamón. Dejar hervir a fuego lento.

2. TISANAM BARRICAM.
Infundes cicer, lenticulam, pisam. Defricas tisanam cum leguminibus elixas. Ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis porrum, coriandrum, anetum, feniculum, betam, malvam, coliculum mollem; haec viridia minuta concisa in caccabum mittis. Coliculos elixas et teres feniculi semen satis, origanum, silfi, ligusticum. Postquam triveris, liquamine temperabis et super legumina refundis et agites. Coliculorum minutas super concidis.

2 *Otra receta de crema de cebada*
Aliñar garbanzos, lentejas y guisantes. Limpiar la cebada y cocerla junto con las legumbres. Cuando haya hervido del todo, añadir aceite en cantidad suficiente, y cortar puerro, coliandro, eneldo, hinojo, acelga, malva y col tierna. Todas estas hierbas se echarán, bien picadas, en la cacerola. Cocer en agua coles pequeñas y picar bastante cantidad de hinojo en grano, orégano, laserpicio y ligústico. A continuación, macerarlo con garum y derramarlo por encima de las legumbres, removiéndolo. Las coles se cortarán en trozos y se echarán sobre aquéllas.

V. Gustum.

1. GUSTUM VERSATILE.
Albas betas minutas, porros requietos, apios, bulbos, cocleas elixas, gigeria pullorum et ascellas, isicia coques ex iure. Proungis patinam et folia malvarum substernis et praemixta olera componis sic ut laxa mentum habeant. Permisces bulbos tunsos, damascenas, cocleas, esicia, lucanicas, breves concidis, liquamine, oleo, vino, aceto ponis ut ferveat. Cum ferbuerit, teres piper, ligusticum, zingiber, pyretrum modicum, fricabis, suffundis et facies ut bulliat patina. Ova complura confringis et ius mortarii reliquum commoves, commiscis, patinam obligabis. Dum ducit, oenogarum ad eam sid facies: teres piper, ligusticum, fricabis, suffundis liquamen et vinum, passo temperabis vel vino dulce. Temperabis in caccabulo, mittis olei modicum, facies ut ferveat. Cum ferbuerit, amulo obligas. Patinam versas in lancem, folia malvarum ante tollis, oenogaro profundis, insuper piper aspargis et inferes.

V APERITIVO

1 *Aperitivo que se puede combinar*
Cocer en agua acelgas blancas pequeñas, puerros frescos, apio, bulbos y caracoles. Se cocerán en su propio jugo mollejas y alas de pollo, y morcillas. Untar una cacerola, colocar en ella hojas de malva y las verduras que se han cocido, evitando que se toquen. Mezclar bulbos picados, ciruelas, caracoles, morcillas y pequeñas salchichas cortadas en trozos; poner a hervir con aceite, vino y vinagre. Después de su cocción, picar pimienta, ligústico, jengibre y un poco de pelitre, triturarlo bien y macerar. Dejar que hierva el contenido de la cacerola. Romper varios huevos, batirlos con lo que ha quedado en el mortero, y ligarlo con lo que hay dentro de la cacerola. Mientras cuaja, preparar un garum al vino de la siguiente manera: picar pimienta, ligústico, triturarlo, rociar con garum y vino y macerar con vino de pasas o vino dulce. Amalgamarlo dentro de una cacerola, en la que se echará aceite, y se dejará hervir. Cuando esté, envolver con almidón. Seguidamente, vaciar la cacerola en un plato grande, quitando las hojas de malva, rociar con garum al vino, espolvorear pimienta y servir.

2. GUSTUM DE HOLERIBUS.
Condies bulbos liquamine, oleo et vino. Cum cocti fuerint, iecinera porcelli et gallinarum et ungellas et ascellas divisas, haec omnia cum bulbis ferveant. Cum ferbuerint, teres piper, ligusticum, suffundis liquamen, vinum et passum ut dulce sit, ius de suo sibi suffundis, revocas in bulbos. Cum ferbuerint, ad momentum amulo obligas.

2 *Aperitivo de verduras*
Aliñar bulbos con garum, aceite y vino. Cuando estén cocidos, añadir hígados de cerdo y las patas y alas de gallina, cortado en trozos, dejándolo hervir todo junto. Después de su ebullición, picar pimienta, ligústico, rociar con garum, vino y vino de pasas para endulzar, y un poco del caldo. Echarlo sobre los bulbos. Finalmente, alcanzado el punto de cocción, envolver con almidón.

3. GUSTUM DE CUCURBITIS FARSILIBUS.
Cucurbitas a latere subtiliter ad modum tessellae oblongae decidis et excavas et mittis in frigidam. Impensam ad eas sic facies: teres piper, ligusticu, origanum, suffundis liquamen, cerebella cocta teres, ova cruda dissolves et mittes ut unum corpus efficiat; liquamine temperabis. Et cucurbitas supra scriptas non plene coctas ex ea impensa imples, de tessella sua recludis, surclas et coctas eximes ert frigis. Oenogarum sic facies: teres piper, ligusticum, suffundis vinum et liquamen, passo temperabis, olei modicum mittis in caccabum et facies ut


3 *Aperitivo de calabazas rellenas*
Cortar con cuidado un lado de las calabazas a modo de rectángulo, vaciarlas y echarlas en agua fría. Preparar el siguiente relleno: picar pimienta, ligústico, orégano, rociar con garum, picar unos sesos cocidos, batir unos huevos crudos y hacer una masa homogénea. Macerar con garum. Antes de su total cocción, rellenar con este preparado las calabazas, volverlas a tapar con la parte que se le había quitado, y cuando estén cocidas, sacarlas y freír. El enogaro se prepara así: picar pimienta, ligústico, rociar con vino y garum, macerar con vino de

ferveat. Cum ferbuerit, amulo oblicuas et cucurbitas frictas oenogaro perfundis et piper aspargis et inferes.

pasas, echar un poco de aceite en la cacerola y poner a hervir. Cuando haya hervido, envolver con almidón, rociar las calabazas fritas con enogaro, espolvorear pimienta y servir.

4. GUSTUM DE PRAECOQUIS.
Duracina primotica pusilla. Praecoquia purgas, enucleas, in frigidam mittis, in patina componis. Teres piper, mentam siccam, suffundis liquamen, adicies mel, passum, vinum et acetum. Refundis in patina super praecoquia, olei modicum mittis et lento igni ferveat. Cum ferbuerit amulo obligas aspargis et inferes.

4 *Aperitivo de albaricoques*
Limpiar y sacar el hueso a unos albaricoques (que sean pequeños y de piel dura), ponerlos en agua fría y colocar en una marmita. Picar pimienta, menta seca, rociar con garum, añadir miel, vino de pasas y vinagre. Echarlo en la marmita sobre los albaricoques, añadir un poco de aceite y hervir a fuego lento. Cuando esté, envolver con almidón, espolvorear pimienta y servir.





῞Οσπρεον

ñLEGUMBRES I GACHAS

LIBER V. OSPREON.

I. PULTES.

1. PULTES IULIANAE SIC COQUUNTUR. Alicam purgatam infundis, coques, facies ut ferveat. cum ferbuerit, oleum mittis. cum spissaverit, lias diligenter. adicies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia liatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittis. Teres piper, ligusticum, feniculi semen, suffundis liquamen et vinum modice, mittis in caccabum supra cerebella et pulpam. ubi satis ferbuerit, cum iure misces. ex hoc paulatim alicam condies, et ad trullam permisces et lias, ut quasi sucus videatur.

2. PULTES CUM IURE OENOCOCTI. Pultes oenococti iure condies, copadia, similam sive alicam coctam hoc iure condies, et cum copadiis porcinis adponis oenococti iure conditis.

3. PULTES TRACTOGALATAE. Lactis sextarium et aquae modicum mittes in caccabo novo et lento igni ferveat. tres

LIBRO V ñLEGUMBRES I GACHAS

1 *Receta de gachas julianas*
Limpiar espelta, ponerla en agua, cocerla hasta que alcance el punto de ebullición; entonces, echar aceite. Cuando haya espesado, quitar con cuidado los grumos. Preparar dos sesos cocidos y 150 gr. de carne picada, machacar conjuntamente, y poner en una cacerola. A continuación, picar pimienta, ligústico, hinojo en grano, rociar con garum y un poco de vino, echarlo en la cacerola encima de los sesos y la carne. Cuando llegue a un punto de cocción, mezclar con la salsa. Seguidamente, añadir la espelta lentamente con un cucharón, removiendo sin cesar hasta que adquiera la consistencia de una crema.

2 *Gachas con salsa de vino*
Mezclar las gachas con salsa de vino, añadiendo trozos de carne, flor de harina o espelta cocida, y servir con filetes de cerdo condimentados con la misma salsa de vino.

3 *Gachas guisadas con harina y leche*
Echar en una cacerola medio litro de leche con un poco de agua, y hervir a fuego lento. Romper tres

orbiculos tractae siccas et confringis et partibus in lac summittis. ne uratur, aquam miscendo agitabis. cum cocta fuerit, ut est, super ignem, mittis melle. Ex musteis cum lacte similiter facies, salem et oleum minus mittis.

galletas de harina dentro de la cacerola. Remover, y añadir agua para que no se queme. Cuando esté cocido, echar miel sin apartarlo del fuego. Se podrá hacer lo mismo con pan de mosto y leche, echando sal y menos aceite.

4. PULTES. Alicam purgatam infundis, coques. cum ferbuerit, oleum mittis. cum spissaverit, adicies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia liatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittes. teres piper, ligusticum, feniculi semen, suffundis liquamen et meri modicum, et mittis in caccabum supra cerebella et pulpam. ubi satis ferbuerit, cum iure misces. ex hoc paulatim alicam condies, et lias ut quasi sucus videatur.

4 *Gachas*
Limpiar espelta y cocerla. Cuando alcance el punto de cocción, echar aceite. Una vez espesado, añadir dos sesos cocidos y 150 gr. de carne picada. A continuación, picar pimienta, ligústico, hinojo en grano, rociar con garum y un poco de vino puro; echarlo por encima de los sesos y la carne. Cuando esté todo cocido, mezclar con la salsa. Añadir la espelta, removiendo sin cesar con un cucharón hasta que adquiera la consistencia de una crema.

II. LENTICVLA.

II LENTEJAS

1. LENTICULA EX SPHONDYLIS [SIVE FONDILOS]. Accipies caccabum mundum, adicies in mortarium piper, cuminum, semen coriandri, mentam, rutam, puleium, fricabis, suffundis acetum, adicies mel, liquamen et defritum, aceto temperabis, reexinanies in caccabo. sphondylos elixatos teres et mittis ut ferveant. Cum bene ferbuerint, obligas. adicies in boletari oleum viridem.

1 *Lentejas con acanto*
Preparar una cazuela limpia. En un mortero picar pimienta, comino, coliandro en grano, menta, ruda, poleo, majar bien, rociar con garum y vinagre, añadir miel y defrito, macerar con vinagre y echar dentro de la cazuela. Machacar acanto cocido con agua y dejar hervir. Cuando esté, ligarlo todo y servir en una fuente añadiéndole aceite verde.

2. LENTICULAM DE CASTANEIS. Accipies caccabum novum, et castaneas purgatas diligenter mittis. Adicies aquam et nitrum modice, facies ut coquatur. Cum coquitur, mittis in mortario piper, cuminum, semen coriandri, mentam, rutam, laseris radicem, puleium, fricabis. suffundis acetum, mel, liquamen, aceto temperabis, et super castaneas coctas refundis. adicies oleum, facies ut ferveat. cum bene ferbuerit, tudiclabis [ut in mortario teres]. gustas, si quid deest, addes. cum in boletar miseris, addes oleum viridem.

2 *Lentejas con castañas*
Preparar una cazuela y echar en ella castañas cuidadosamente limpiadas. Añadir agua y un poco de carbonato sódico, y dejar hervir. Durante su cocción, machacar en un mortero pimienta, comino, coliandro en grano, menta, ruda, raíz de benjuí, poleo, picarlo bien, rociar con garum, vinagre y miel, macerar con vinagre y echarlo encima de las castañas cocidas. Añadir aceite y dejar hervir. Cuando esté, machacarlo en el mortero. Catar; si está falto de algo, arreglarlo. Servirlo en una fuente, rociando con aceite verde.

3. ALITER LENTICULAM. Coquis. cum despumaverit, porrum et coriandrum viridem supermittis. teresÅcoriandri semen, puleium, laseris radicem, [semen] mentam et rutam, suffundis acetum, adicies melle, liquamine, aceto, defrito temperabis, adicies oleum, agitabis. si quid opus fuerit, mittis. amulo

3 *Otra receta de lentejas*
Ponerlas a cocer. Cuando hayan espumado, cubrirlas de puerro y coliandro fresco. Picar coliandro en grano, poleo, raíz de benjuí, menta y ruda, rociar con vinagre, añadir miel, macerar con garum, vinagre y defrito, añadir aceite y remover. Si le falta algo, arreglarlo. Envolver con almidón, echar

obligas, insuper oleum viridem mittis, piper aspargis et inferes.

aceite verde, espolvorear pimienta y servir.

III. PISA.

1. Pisum coques. cum despumaverit, porrum, coriandrum et cuminum supra mittis. teres piper, ligusticum, [careum hoc est caravita] careum, anethum, ocimum viridem, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis, facies ut ferveat. cum ferbuerit, agitabis. si quid defuerit, mittis et inferes.

III GUISANTES

1 Cocer los guisantes. Cuando hayan espumado, echar por encima puerro, coliandro y comino.
Machacar pimienta, ligústico, alcaravea, eneldo y albahaca fresca, rociar con garum, macerar con vino y garum. Dejar hervir. Cuando esté, remover. Si le falta algo, arreglarlo y servir.

2. PISAM FARSILEM. Coques. cui oleum mittis. accipiesÅ abdomen, et mittis in caccabum liquamen et porrum capitatum, coriandrum viridem. imponis ut coquatur. isicia minuta facies quadrata, et coques simul turdos vel aucellas vel de pullo conciso et cerebella prope cocta cum iuscello coques. lucanicas assas, petasonem elixas, porros ex aqua coques, nucleorum heminam frigis. teres piper, ligusticum, origanum, gingiber, ius abdominis fundis, lias. Angularem accipies, qui versari potest, et omentis tegis. Oleo perfundis, deinde nucleos aspargis et supra pisam mittis ut tegas fundum angularis, et sic componis supra petasonis pulpas, porros, lucanicas concisas. Iterum pisam supermittis. item alternis aptabis obsonia, quousque impleatur angularis. novissime pisam mittis, ut intus omnia contineat. coques in furno vel lento igni imponis, ut ducat ad se deorsum. ova dura facies, vitella eicies, in mortario mittis cum pipere albo, nucleis, melle, vino candido et liquamine modico. teres et mittis in vas ut ferveat. cum ferbuerit, pisam mittis in lancem, et hoc iure perfundis. hoc ius candidum appellatur.

2 *Relleno de guisantes*

Cocer los guisantes. Echarle aceite. Preparar unas vísceras de cerdo y mezclar con los guisantes; añadir puerro bulboso, coliandro fresco y garum. Preparar unas morcillas pequeñas cortadas en trozos, cocerlas con tordos, o bien con pollo y hervir con el jugo de unos sesos y a medio cocer. Asar unas salchichas de Lucania, cocer un trozo de jamón, puerros y freír 250 gr. de piñones. Machacar pimienta, ligústico, orégano, jengibre, mezclarlo con el jugo de las vísceras de cerdo y remover bien. Coger un molde al que se le pueda dar la vuelta, cubrirlo con un redaño de cerdo, untar de aceite y esparcir piñones; encima de éstos, tender una capa de guisantes que recubra el fondo del molde, sobre los cuales se colocarán la carne de jamón, los puerros y las salchichas cortadas en rodajas. De nuevo, otra capa de guisantes. Y así sucesivamente, se irán colocando los otros ingredientes hasta llenar el molde. Lo cubrirá todo una capa de guisantes. Cocer al horno, o a fuego lento para que coja bien por dentro. Disponer unos huevos duros, sacar la yema. y picar el blanco en un mortero junto con pimienta blanca, miel, vino blanco y un poco de garum. Machacar, y hacer hervir en un recipiente. Cuando esté, colocar el preparado de guisantes en una bandeja y cubrir con esta salsa, llamada salsa blanca.

3. PISUM INDICUM. Pisum coques. cum despumaverit, porrum et coriandrum concidis et mittis in caccabum ut ferveat. et accipies sepias minutas, sic quomodo sunt cum atramento suo, ut simul coquantur. Adicies oleum, liquamen et vinum, fasciculum porri et coriandri. facies ut coquantur. cum coctum fuerit, teres piper, ligusticum, origanum, carei modicum, suffundis ius de suo sibi, vino et passo temperabis. sepias minutatim concidis et in pisum mittis. Piper asparges et inferes.

3 Guisantes indios

Cocer los guisantes. Después que hayan espumado, cortar puerro y coliandro; poner a hervir en una cacerola. Coger unas sepias pequeñas y cocerlas en su propia bolsa de tinta. Echar aceite, garum y vino, un manojo de puerro y de coliandro. Cuando alcance el punto de cocción, machacar pimienta, ligústico, orégano, un poco de alcaravea, rociar con su propio jugo, macerar con vino y vino de pasas. Cortar en trozos pequeños las sepias, y echarlas con los guisantes. Espolvorear pimienta y servir.

4. Pisum coques, agitabis et mittis in frigidam. Cum refrigeraverit, deinde agitabis. concidis cepam minutatim et albamentum ovi, oleo et sale condies, aceti modicum adicies. in boletari vitellum ovi cocti colas, insuper oleum viridem mittis et inferes.

4 *Otra receta*
Cocer los guisantes, removerlos y echar en agua fría. Cuando se hayan enfriado, removerlos. Cortar una cebolla en trozos muy pequeños y la clara de un huevo, aliñar con aceite y sal, y un poco de vinagre. Pasar por el tamiz la yema de un huevo cocido, echarlo en una fuente y rociar por encima aceite verde. Servir.

5. PISAM VITELLIANAM SIVE FABAM. Pisam coques lias. teres piper, ligusticum, gingiber, et super condimenta mittis vitella ovorum, quae dura coxeris, mellis uncias III, liquamen, vinum et acetum. haec omnia mittis in caccabum et condimenta quae trivisti. adiecto oleo ponis ut ferveat. condies pisam, lias, si aspera fuerit. melle mittis et inferes.

5 *Guisantes o liabas a la manera de Vitelio*
Cocer los guisantes y aplastarlos. Machacar pimienta, ligústico, jengibre, y echar encima de estas hierbas unas yemas de huevo cocido, 70 gr. de miel, vino, garum y vinagre. Meterlo todo en una cazuela, añadir aceite y poner a hervir. Remover para evitar los grumos, echar miel y servir.

6. ALITER PISA SIVE FABA. Ubi despumaverit, teres mel, liquamen, caroenum, cuminum, rutam, apii semen, oleum et vinum. udiclabis. cum pipere trito et cum isiciis inferes.

6 *Otra receta de guisantes o de habas*
Cuando hayan espumado, machacar miel, garum, careno, comino, ruda, apio en grano, aceite y vino. Picar bien. Servir con pimienta molida y unas morcillas.

7. ALITER PISAM SIVE FABAM. Despumatam subtrito lasare Parthico, liquamen et caroeno condies. Oleum modice superfundis et inferes.

7 Otra receta de guisantes o de habas
Una vez espumadas, condimentar con benjuí de Partia picado, garum y careno. Rociar con un poco de aceite, y servir.

8. PISAM ADULTERAM VERSATILEM. Coques pisam. cerebella vel aucellas vel turdos exossatos a pectore, lucanicas, iecinera, gizeria pullorum in caccabum mittis, liquamen, oleum. fasciculos porri capitati, coriandrum viridem concidis, et cum cerebellis coques. teres piper, ligusticum et liquamen . . .

8 *Falso relleno de guisantes*
Cocer los guisantes. Poner en una cazuela unos sesos, o unos tordos deshuesados, unas salchichas, hígados y unos menudillos de pollo. Echar garum, aceite y unos puerros con bulbo. Cortar coliandro fresco y cocerlo con los sesos. Machacar pimienta, ligústico y garum.

9. PISAM SIVE FABAM VITELLIANAM. pisam sive fabam coques. cum despumaverit, mittis porrum, coriandrum et flores malvarum. dum coquitur, teres piper, ligusticum, origanum, feniculi semen, suffundis liquamen et vinum, mittisÅ in caccabum, adicies oleum. cum ferbuerit, agitas. oleum viridem insuper mittis et inferes.

9 *Guisantes o habas al modo de Vitelio*
Cocer los guisantes o habas. Cuando hayan espumado, echar puerro, coliandro y flores de malva. Durante la cocción, machacar pimienta, ligústico, orégano, hinojo en grano, rociar con garum y vino. Echar en la cazuela y añadir aceite. Cuando hierva, remover. Rociar con aceite verde y servir.

IV. CONCHICLA.

1. CUM FABA. Coques. teres piper, ligusticum cuminum coriandrum viridem, suffundis liquamen, vinum et liquamen in ea temperabis, mittis in caccabum, adicies oleum. lento igni ferveat et inferes.

2. CONCHICLAM APICIANAM. Accipies cumanam mundam, ubi coques pisum, cui mittis lucanicas concisas, isiciola porcina, pulpas, petasonem. Teres piper, ligusticum, origanum, anethum, cepam siccam, coriandrum viridem, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis. mittis in cumanam, cui adicies oleum, pungis ubique ut combibat oleum. igni lento coques ita ut ferveat et inferes.

3. CONCHICLAM DE PISA SIMPLICI. Pisam coques. Cum despumaverit, fasciculum porri et coriandri mittis. dum coquitur, teres piper, ligusticum, origanum, fasciculum, -suffundis iusÅ de suo sibi, fricabis, [suffundis], liquamine temperabis, mittis. super adicies oleum, et lento igni ferveat, et inferes.

4. CONCHICLA COMMODIANA. Pisam coques. Cum despumaverit, teres piper, ligusticum, anethum, cepam siccam, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis. mittis in caccabum ut combibat. Deinde ova IV solves, in sextarium pisae mittis, agitas, mittis in cumanam, ad ignem ponis, ut ducat, et inferes.

5. ALITER CONCHICLAM SIC FACIES. Concidis pullum minutatim, liquamine, oleo et vino ferveat. Concidis cepam, coriandrum minutum, cerebella enervas, mittes in eundem pullum. cum coctus fuerit, levas et exossas. concides minutatim cepam et coriandrum, colas ibi pisam coctam non conditam. Accipies conchiclarem, pro modo componis varie. deinde teres piper, cuminum, suffundis ius de suo sibi. item in mortario ova duo dissolves, temperas, ius de suo sibi suffundis pisae integrae elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies et inferes.

IV PLATO DE HABAS O GUISANTES

1 *Plato de habas*

Cocer las habas. Machacar pimienta, ligústico, comino, coliandro fresco, rociar con garum, macerar con vino y garum, y echarlo en la cazuela con las habas. Añadir aceite. Hervir a fuego lento, y servir.

2 *Plato de guisantes al modo de Apicio*

Coger un cazo limpio donde cocer los guisantes. Echar salchichas cortadas a rodajas, morcillas de cerdo y trozos de jamón. Machacar pimienta, ligústico, orégano, eneldo, cebolla seca, coliandro fresco, rociar con garum, macerar con vino y garum. Echarlo en el cazo y añadirle aceite, pinchando con un tenedor para que absorba el aceite. Cocer a fuego lento, y servir.

3 *Plato de guisantes*

Cocer los guisantes. Cuando hayan espumado, echar un manojo de puerro y coliandro. Durante la cocción, machacar pimienta, ligústico, orégano, rociar con su propio jugo, picar bien, macerar con garum, y echarlo en la cazuela. Añadir aceite, cocer a fuego lento y servir.

4 *Plato de guisantes al modo de Cómodo*

Cocer los guisantes. Cuando hayan espumado, machacar pimienta, ligústico, eneldo, cebolla seca, rociar con garum, macerar con vino y garum. Echarlo en la cazuela para que los guisantes lo absorban. Seguidamente, batir 4 huevos para medio kilo de guisantes, remover y echar en un cazo, hervir a fuego lento para que cuaje, y servir.

5 *Otro plato de guisantes*

Cortar en pequeños trozos un pollo, y cocerlo con garum, aceite y vino. Echarle cebolla, coliandro picado, sesos sin nervio. Cuando esté cocido, sacar el pollo y deshuesarlo. Cortar muy fino la cebolla y el coliandro, y pasar por el tamiz los guisantes cocidos sin condimento. Disponer una bandeja y colocarlo a gusto de uno. A continuación, machacar pimienta, comino, rociar con el jugo propio. En un mortero romper dos huevos, batirlos y amalgamar. Rociar con la salsa del caldo los guisantes cocidos; también pueden adornarse con piñones. Hervir a fuego lento, y servir.

6. ALITER CONCHICLA: CONCHICLATUS PULLUS VEL PORCELLUS. Exossas pullum a pectore, femora eius iungis in porrectum, surculo alligas, et impensam [conchicla farsilis] paras. et farcies alternis pisam lotam, cerebella, lucanicas et cetera. teres piper, ligusticum, origanum et gingiber, liquamen suffundis, passo et vino temperabis. facies ut ferveat, et, cum ferbuerit, mittis modice. et impensam cum condieris, alternis in pullo componis, omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquantur paulatim, et inferes.

6 *Otra receta: pollo o lechón con guisantes*
Deshuesar un pollo por la pechuga. Atar las patas, atravesarlo con un pincho y preparar un relleno compuesto de guisantes, sesos, salchichas y otros ingredientes. Machacar pimienta, ligústico, orégano, jengibre, rociar con garum, macerar con vino y vino de pasas. Dejar hervir, y cuando esté, echar un poco al relleno. Una vez condimentado, ponerlo dentro del pollo, cubrirlo con un redaño y colocar sobre una tapadera: meterlo en el horno a fuego lento, y servir.

V. TISANAM ET ALICAM.

V CREMA DE CEBADA Y ESPELTA

1. ALICAM VEL SUCUM TISANAE SIC FACIES. Tisanam vel alicam lavando fricas, quam ante diem infundis. imponis supra ignem. [vel dum] cum bullierit, mittis olei satis et anethi modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et coloefium, ut ibi coquantur propter sucum. mittis coriandrum viridem et salem simul tritum et facies ut ferveat. cum bene ferbuerit, tollis fasciculum et transferes in alterum caccabum tisanam sic, ne fundum tangat propter combusturam. lias bene et colas in caccabo super acronem coloefium. teres piper, ligusticum, pulei aridi modicum, cuminum, silfi frictum [ut bene tegatur]. suffundis mel, acetum, defritum, liquamen, refundis in caccabum super coloefium acronem ut bene tegatur. facies ut ferveat super ignem lentum.

1 *Receta de espelta o crema de cebada*
Machacar la espelta o la cebada, puesta en agua el día anterior. Poner a hervir; y cuando alcance el punto de cocción, echar aceite en cantidad suficiente y un pequeño manojo de eneldo, cebolla seca, ajedrea y un trozo de jamón para que dé una salsa. Añadir coliandro fresco y sal, picado conjuntamente. Cuando hierva, sacar el manojo, traspasar la crema de cebada a otra cazuela, evitando que se queme. Quitar bien los grumos y colarlo en la cazuela sobre el jamón. Machacar pimienta, ligústico, un poco de poleo seco, comino y séseli frito. Rociar con miel, vinagre, de-frito, garum. Echarlo en la cazuela encima del jamón, de manera que quede bien cubierto. Dejar hervir a fuego lento.

2. ALITER TISANAM. Infundis cicer, lenticulam, pisam. defricas tisanam et cum leguminibus elixas. ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis porrum, coriandrum, anethum, feniculum, betam, malvam, coliculumÅ mollem. haec viridia minuta concisa in caccabum mittis. coliculos elixas et teres feniculi semen satis, origanum, silfi, ligusticum. postquam triveris, liquamine temperas et super legumina refundis. agitas. coliculorum minutas super concidis.

2 *Otra receta de crema de cebada*
Aliñar garbanzos, lentejas y guisantes. Limpiar cebada y cocerla con agua junto con esas legumbres. Llegado a su cocción, echar aceite en cantidad suficiente, y espolvorear puerro, coliandro, eneldo, hinojo, acelga, malva y col pequeña. Cocer en agua unas coles y machacar buena cantidad de hinojo en grano, orégano, laserpicio y ligústico. Una vez picado todo, macerar con garum y echarlo encima de las legumbres, removiendo. Cortar también las coles en trozos.

VI. FABACIAE VIRIDES ET BAIANAE.

VI HABAS VERDES Y DE BAYAS

1. Fabaciae virides ex liquamine, oleo, coriandro viridi, cumino et porro conciso

1 Las habas verdes se sirven cocidas con garum, aceite, coliandro fresco, comino y puerro picado.

coctae inferuntur.

2. ALITER. Fabaciae frictae ex liquamine inferuntur.

3. ALITER. Fabaciae ex sinapi trito, melle, nucleis, ruta cumino et aceto inferuntur.

4. Baianas elixas minutatim concidis. ruta, apio viridi, porro, aceto, oleo, liquamine, caroeno vel passo modico inferes.

2 *Otra receta*

Las habas fritas se sirven con garum.

3 *Otra receta*

Las habas verdes se sirven con mostaza picada, miel, piñones, ruda, comino y vinagre.

4 Cortar en trozos pequeños las habas de Bayas cocidas con agua. Servirlas con ruda, apio fresco, puerro, vinagre, aceite, garum y careno o vino de pasas.

VII. FAENVM GRAECVM.

Faenum Graecum ex liquamine, oleo et vino.

VII FENOGRECO

Fenogreco: con garum, aceite y vino.

VIII. FASEOLI ET CICER.

1. Faseoli virides et cicer ex sale, cumino, oleo et mero modico inferuntur.


10. ALITER FASEOLUS SIVE CICER. Frictos ex oenogaro et pipere gustabis. et elixati, sumpto semine, cum ovis in patella, feniculo viridi, piper et liquamine et caroeno modico pro salso inferuntur, vel simpliciter, ut solet.

VIII JUDIAS Y GARBANZOS

1 Las judías verdes y los garbanzos se sirven con sal, aceite, comino y un poco de vino puro.

2 *Otra receta de judías o de garbanzos*

Fritos, se pueden comer con enogaro y pimienta. Hervidos, pueden ponerse con huevos en una bandeja, hinojo fresco, pimienta, garum y un poco de careno en lugar de salsa picante, o bien solos, como es más frecuente.





[T R O P E T E S] ûA E R O P E T E S ü
l i b e r s e x t u s

Τροφέτης

LIBRO VI ñEL VOLADORò

I. in struthione II. in grue vel anate, perdice, turture, palumbo et diversis avibus III. in turdis IV. in ficetulis V. in pavo VI. in fasiano VII. in ansere VIII. in pullo

I. IN STRVTHIONE:
1. In struthione elixo: piper, mentam, cuminum assum, apii semen, dactilos vel caryotas, mel, acetum, passum, liquamen et oleum modice. et in caccabo facies ut bulliat. amulo obligas, et sic partes struthionis in lance perfundis, et desuper piper aspargis. si autem in condituram coquere volueris, alicam addis.

2. Aliter ûinü struthione elixo: piper, ligusticum,thymum aut satureiam, mel, sinape, acetum, liquamen et oleum.

II. IN GRVE VEL ANATE, PERDICE, TVRTVRE, PALVMBO, COLVMBO ET DIVERSIS AVIBVS
1. Gruem vel anatem lavas et ornas et includis in olla. adicies aquam, salem, anethum, dimidia coctura decoques, dum obduretur, levas et iterum in caccabum mittis cum oleo et liquamine, cum fasciculo origani et coriandri. prope cocturam defritum modice mittis, ut coloret. teres piper, ligusticum, cuminum, coriandrum, laseris radicem, rutam, caroenum, mel, suffundis ius de suo sibi, aceto temperas. in caccabo reexinanies ut calefiat, amulo obligabis. imponis in lance

I SALSAS PARA EL AVESTRUZ
1 *Salsa para el avestruz cocida*
En una cazuela hervir pimienta, menta, comino frito, apio en grano, dátiles, miel, vinagre, vino de pasas y un poco de aceite. Envolver con almidón. Cubrir con esta salsa los trozos de avestruz que se habrán dispuesto en una bandeja, y espolvorear pimienta. Si se desea cocer el avestruz en la salsa, añadir espelta.

2 *Otra receta para el avestruz cocida*
Pimienta, ligústico, tomillo o ajedrea, miel, mostaza, vinagre, garum y aceite.

II GRULLA, PATO, PERDIZ, TORTOLA, PALOMA, PALOMO Y OTRAS AVES

1 Preparar una grulla o pato, y meter en la olla. Echar agua, sal y eneldo; hervir hasta media cocción, para que se ponga dura. Sacar del fuego y poner en una cazuela con aceite y garum, un manojo de orégano y coliandro. Antes de llegar al punto de cocción, añadir un poco de defrito para que coja color. Machacar pimienta, ligústico, comino, coliandro, raíz de benjuí, ruda, careno, miel, rociar con su propio jugo, macerar con vinagre, y echarlo en la cazuela para calentarlo. A continuación, envolver con almidón. Poner el ave

et ius perfundis.

en una bandeja y rociar con la salsa.

2. In grue, in anate vel in pullo: piper, cepam siccam, ligusticum, cuminum, apii semen, pruna [vel] damascena enucleata, mulsum, acetum, liquamen, defritum, oleum et coques. gruem cum coquis, caput eius aqua quam non contingat, sed sit foris ab aqua. cum cocta fuerit, de sabano calido involves gruem et caput eius trahe. cum nervis sequetur, ut pulpae vel ossa remaneant, cum nervis enim manducare non potest.

2. *Grulla, pato o pollo*
Cocer en una cazuela pimienta, cebolla seca, ligústico, comino, apio en grano, ciruelas de Damasco sin hueso, vino con miel, vinagre, garum, defrito y aceite. Al cocer la grulla, dejar la cabeza fuera de la cazuela, sin meter en el agua. Cuando esté cocida, envolverla con un paño caliente y tirar de la cabeza: saldrá con los nervios, dejando la carne y los huesos. La grulla no puede comerse con los nervios.

3. Gruem vel anatem ex rapis: lavas, ornas et in olla elixabis cum aqua, sale et anetho dimidia coctura. rapas coque, ut exbromari possint. levabis de olla, et iterum lavabis, et in caccabum mittis anatem cum oleo et liquamine et fasciculo porri et coriandri. rapam lotam et minutatim concisam desuper mittis, facies ut coquatur. modica coctura mittis defritum ut coloret. ius tale parabis: piper, cuminum, coriandrum, laseris radicem, suffundis acetum et ius de suo sibi, reexinanies super anatem ut ferveat. cum ferbuerit, amulo obligabis, et super rapas adicies. piper aspargis et adponis.

3 *Grulla o pato con nabos*
Lavarlo, prepararlo y cocerlo en una olla con agua, sal y eneldo hasta media cocción. Cocer unos nabos para quitarles el sabor amargo. Sacar el pato de la olla, lavarlo de nuevo y echarlo en una cazuela con aceite, garum y un manojo de puerro y de coliandro. Echar por encima un nabo lavado y cortado en finas rodajas. Dejar hervir. A media cocción, añadir un poco de de-frito para que coja color. Preparar la sala siguiente: pimienta, comino, coliandro, raíz de benjuí, rociar con vinagre y el propio jugo, verter sobre el pato y dejar hervir. Cuando esté, envolver con almidón y echar sobre los nabos. Espolvorear pimienta y servir.

4. Aliter in gruem vel anatem elixam: piper, ligusticum, cuminum, coriandrum siccum, mentam, origanum, nucleos, caryotam, liquamen, oleum, mel, sinape et vinum.

4 *Otra receta de salsa para la grulla o el pato cocido:* Pimienta, ligústico, coliandro seco, menta, orégano, piñones, dátiles, garum, aceite, miel, mostaza y vino.

5. Aliter gruem vel anatem: assas, eas de hoc iure perfundis: teres piper, ligusticum, origanum, liquamen, mel, aceti modicum et olei. ferveat bene. mittis amulum et supra ius rotulas cucurbitae elixae vel colocasiae ut bulliant. si sunt et ungellae [coques] et iecinera pullorum, ûcoquesü in boletari piper minutum adspargis et inferes.

5 Otra receta
Asar una grulla o pato cubriéndola de la salsa siguiente: machacar pimienta, ligústico, orégano, garum, miel, un poco de vinagre y aceite. Dejar hervir. Añadir almidón, y por encima de la salsa colocar unas rodajas de calabaza cocida o de colocasia. Si se tienen manos de cerdo, cocerlas con hígados de pollo. Servir en una fuente, espolvoreando pimienta.

6. Aliter in grue vel anate elixa: piper, ligusticum, apii semen, erucam et coriandrum, mentam, caryotam, mel, acetum, liquamen, defritum et sinape. idem facies, et si in caccabo assas.

6 *Otra receta para la grulla o el pato cocido*
Pimienta, ligústico, apio en grano, oruga y coliandro, menta, dátiles, miel, vinagre, garum, defrito y mostaza. Servirá la misma salsa si se asa la grulla o el pato en una cacerola.

ûIIIü IN PERDICE ET ATTAGENA ET IN TVRTVRE ELIXIS

1. Piper, ligusticum, apii semen, mentam, myrtae bacas vel uvam passam, mel, vinum, acetum, liquamen et oleum. uteris frigido.

2. Perdicem cum pluma sua elixabis et madefactam depilabis. [perdices coctura]: occisa perdix potest ex iure coqui, ne indurescat. si ûIIIü dierum fuerit, elixa coqui debet.
3. In perdice et attagena et in turture: piper, ligusticum , mentam, rutae semen, liquamen, merum et oleum. calefacies.

III SALSA PARA LA PERDIZ, EL FRANCOLIN Y LA TORTOLA COCIDOS

1 Pimienta, ligústico, apio en grano, menta, bayas de mirto o uva pasa, miel, vino, vinagre, garum y aceite. Usar como salsa fría.

2 Cocer con agua la perdiz sin quitarle las plumas, y cuando esté reblandecida, pelarla. Una perdiz recién cazada puede cocerse en su propio jugo sin que endurezca; si ya tiene varios días, se debe hervir.
3 *Para la perdiz, el francolín y la tórtola*
Pimienta, ligústico, menta, ruda en grano, garum, vino puro y aceite. Calentar.

ûIV.üIN PALVMBIS, COLVMBIS

[avibus in altile et in phoenicoptero].
1. In assis: piper, ligusticum, coriandrum, careum, cepam siccam, mentam, ovi vitellum, caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum et vinum.

2. Aliter ûinü elixis: piper, careum, apii semen, petroselinum, condimenta moretaria, caryotam, mel, acetum, vinum, oleum et sinape.

3. Aliter: piper, ligusticum, petroselinum, apii semen, rutam, nucleos, caryotam, mel, acetum, liquamen, sinape et oleum modice.

4. Aliter: piper, ligusticum, laser vivum, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis, et mittis super columbum vel palumbum. piper aspersum inferes.

IV PARA LAS PALOMAS Y PALOMOS

1 *Asados*
Pimienta, ligústico, coliandro, alcaravea, cebolla seca, menta, yema de huevo, dátiles, miel, vinagre, aceite y vino.

2 *Hervidos*
Pimienta, alcaravea, apio en grano, perejil, los ingredientes usados para el almodrote, dátiles, miel, vinagre, vino, aceite y mostaza.

3 *Otra receta*
Pimienta, ligústico, perejil, apio en grano, ruda, piñones, dátiles, miel, vinagre, garum, mostaza y un poco de aceite.

4 *Otra receta*
Pimienta, ligústico, benjuí fresco, rociar con garum, macerar con vino y garum, y echarlo encima del palomo o paloma. Espolvorear pimienta y servir.

ûV.üIVS IN DIVERSIS AVIBVS:

1. Piper, cuminum frictum, ligusticum, mentam, uvam passam enucleatam aut damascena, mel modice. vino myrteo temperabis, aceto, liquamen et oleo. calefacies et agitabis apio et satureia.

2. Aliter ius in avibus: piper, petroselinum, ligusticum, mentam siccam, cneci flos, vino suffundis, adicies ponticam vel amygdala tosta, mel modicum, vino et aceto, liquamen temperabis. oleum in pultarium super ius

V SALSA PARA AVES DIVERSAS

1 Pimienta, comino frito, ligústico, menta, uva pasa sin semilla o ciruela de Damasco, miel en poca cantidad, macerar con vino de mirto, vinagre, garum y aceite. Calentar y remover con apio y ajedrea.

2 *Otra salsa para las aves*
Pimienta, perejil, ligústico, menta seca, flor de azafrán, rociar con vino, añadir avellanas o almendras tostadas, miel en poca cantidad, y macerar con vino, vinagre y garum. Echarlo en una olla con

mittis, calefacies, ius agitabis apio viridi et nepeta. incaraxas et perfundis.

un poco de aceite, calentarlo, y remover con apio fresco y nébeda, hacer incisiones en las aves y cubrir con esta salsa.

3. Ius candidum in avem elixam: piper, ligusticum, cuminum, apii semen, ponticam vel amygdala tosta vel nuces depilatas, mel modicum, liquamen, acetum et oleum.

3 Salsa blanca para un ave cocida
Pimienta, ligústico, comino, apio en grano, avellanas o almendras tostadas, o bien nueces peladas, un poco de miel, garum, vinagre y aceite.

4. Ius viride in avibus: piper, careum, spicam Indicam, cuminum, folium, condimenta viridia omne genus, dactilum, mel, acetum, vinum modice, liquamen et oleum.

4 *Salsa verde para las aves*
Pimienta, alcaravea, nardo indio, comino, hoja de nardo, finas hierbas de toda clase, dátiles, miel, vinagre, aceite, vino en poca cantidad, garum y aceite.

5. Ius candidum in ansere elixo: piper, careum, cuminum, apii semen, thymum, cepam, laseris radicem, nucleos tostos, mel, acetum, liquamen et oleum.

5 *Salsa blanca para la oca cocida*
Pimienta, alcaravea, comino, apio en grano, tomillo, cebolla, raíz de benjuí, piñones tostados, miel, vinagre, garum y aceite.

6. Ad aves hircosas omni genere: piper, ligusticum, thymum, mentam aridam, calvam, caryotam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, defritum, sinape. avem sapidiorem et altiliorem facies et ei pinguedinem servabis, si eam farina oleo subacta contextam in furnum miseris.

6 *Para toda clase de aves de sabor fuerte*
Pimienta, ligústico, tomillo, menta seca, avellanas, dátiles, miel, vinagre, vino, garum, aceite, defrito y mostaza. Con esta salsa el ave realza su sabor y tiene un gusto menos fuerte; se conservará la grasa si se mete en el horno en vuelta en una pasta hecha de harina y aceite.

7. Aliter avem: in ventrem eius fractas olivas novas mittis et consutam sic elixabis. deinde coctas olivas eximes.

7 Otra receta
Rellenar la tripa de aceitunas verdes abiertas, cerrarlo y cocer. Cuando haya cocido, sacar las aceitunas.

ûVI.üIN PHOENICOPTERO:

VI SALSA PARA EL FLAMENCO

1. Phoenicopterum eliberas, lavas, ornas, includis in caccabum, adicies aquam, salem, anethum et aceti modicum. dimidia coctura alligas fasciculum porri et coriandri, ut coquatur. prope cocturam defritum mittis, coloras. adicies in mortarium piper, cuminum, coriandrum, laseris radicem, mentam, rutam, fricabis, suffundis acetum, adicies caryotam, ius de suo sibi perfundis. reexinanies in eundem caccabum, amulo obligas, ius perfundis et inferes. idem facies et in psittaco.

1 Desplomar un flamenco, lavarlo y preparar para echar en la cacerola. Poner agua, sal, eneldo y un poco de vinagre. A media cocción, atar un manojo de puerro y de coliandro, dejando que hierva junto. Antes de llegar al punto de cocción, añadir defrito para que coja color. Machacar en un mortero pimienta, comino, coliandro, raíz de benjuí, menta, ruda, rociar con vinagre, añadir dátiles y rociar con el propio jugo. Vaciarlo en la cacerola y envolver con almidón. Derramar la salsa, y servir. Lo mismo se hará con el papagayo.

2. Aliter: assas avem, teres piper, ligusticum, apii semen, sesamum frictum, petroselinum, mentam, cepam siccam, caryotam. melle, vino, liquamine, aceto, oleo et defrito

2 *Otra receta*
Asar el ave. Machacar pimienta, ligústico, apio en grano, aljonjolí frito, perejil, menta, cebolla seca, dátiles, miel, vino, garum, vinagre, aceite y defrito,

temperabis.

dejándolo macerar.

Aves omnes ne liquescant: cum plumis elixare omnibus melius erit. prius tamen extenterantur per guttur vel e navi +as sublata+.

PARA EVITAR QUE LA CARNE DE LAS AVES SE DESHAGA

Será mejor cocerlas con sus plumas. Sin embargo, se las debe vaciar previamente.

ûVII. IN ANSERE:ü

VII OCA

Anserem elixum calidum ex iure frigido Apiciano: teres piper, ligusticum, coriandri semen, mentam, rutam, refundis liquamen et oleum modice, temperas. anserem elixum ferventem sabano mundo exsiccabis, ius perfundis et inferes.

1 *Oca cocida con agua caliente a la salsa fría de Apicio*

Machacar pimienta, ligústico, coliandro en grano, menta y ruda, rociar con garum y un poco de aceite, macerarlo. Secar la oca cocida con un paño limpio, cubrir con la salsa y servir.

ûVIII. IN PVLLO:ü

VIII POLLO

1. In pullo elixo ius crudum: adicies in mortarium anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adicies caryotam, refundis liquamen, sinapis modicum et oleum, defrito temperas et sic mittis.

1 *Salsa cruda para el pollo cocido*

Echar en un mortero eneldo en grano, menta seca, raíz de benjuí, rociar con garum y vinagre, añadir dátiles, un poco de mostaza y aceite, amalgamar en defrito, y presentar así.

Pullum anethatum: mellis modice, liquamine temperabis. levas pullum coctum et sabano mundo siccas, caraxas et ius scissuris infundis, ut combibat, et cum combiberit, assabis et suo sibi iure pinnis tangis. piper aspersum inferes

Otra receta para pollo

Amalgamar una salsa de eneldo con un poco de miel y garum. Una vez cocido el pollo, retirar del fuego, y secarlo con un paño limpio; hacerle unos cortes para que absorba la salsa. A continuación, asarlo en su propia salsa y tocar con una pluma de ave. Espolvorear pimienta y servir.

2. Pullum Parthicum: pullum aperies a navi et in quadrato ornas. teres piper, ligusticum, carei modicum. suffunde liquamen. vino temperas. componis in cumana pullum et conditurам super pullum facies. laser [et] vivum in tepida dissolvis, et in pullum mittis simul, et coques. piper aspersum inferes.

2 *Pollo al modo de Partia*

Abrir un pollo a lo largo. Machacar pimienta, ligústico, un poco de alcaravea, rociar con garum y amalgamar con vino. Colocar el pollo en un recipiente, y encima echar la salsa. Disolver en agua caliente benjuí fresco y verterlo sobre el pollo. Ponerlo a cocer. Espolvorear pimienta y servir.

3. Pullum oxyzomum: oleum acetabulum maiorem, . . . satis modice, liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scripulos sex, petroselinum scripulum, porros fasciculum.

3 *Pollo con salsa picante*

50 gr. de aceite, algo menos de garum, mucho menos de vinagre, 5 gr. de pimienta, una ramita de perejil y un manojo de puerros.

4. Pullum Numidicum: pullum curas, elixas, levas, laser ac piper ûaspergisü et assas. teres

4 *Pollo a la Numidia*

Vaciar un pollo, cocerlo con agua, sacarlo y es-

piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, rutam, caryotam, nucleos, suffundis acetum, mel, liquamen et oleum, temperabis. cum ferbuerit, amulo obligas, pullum perfundis, piper aspergis et inferes.

polvorear pimienta y benjuí. A continuación, asarlo. Machacar pimienta, comino, coliandro en grano, raíz de benjuí, ruda, dátiles, piñones, rociar con garum, vinagre, miel, y aceite: amalgamar bien. Después de su cocción, envolver con almidón, rociar con la salsa, espolvorear pimienta y servir.

5. Pullum laseratum: pullum aperies a navi, lavabis, ornabis et cumanam ponis. teres piper, ligusticum, laser vivum, suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis, et mittis pullum. coctus si fuerit, piper aspersum inferes.

5 Pollo al benjuí
Abrir un pollo a lo largo. Lavarlo y prepararlo bien; ponerlo en una cazuela. Machacar pimienta, ligústico, benjuí fresco, rociar con garum, amalgamar con vino y garum, y echarlo con el pollo. Una vez cocido, espolvorear pimienta y servir.

6. Pullum paroptum: laseris modicum, piperis scripulos sex, olei acetabulum, liquaminis acetabulum, petroselini modice.

6 *Pollo asado*
Un poco de benjuí, 5 gr. de pimienta, 50 gr. de aceite, la misma cantidad de garum y un poco de perejil.

7. Pullum elixum ex iure suo: teres piper, cuminum, thymi modicum, feniculi semen, mentam, rutam, laseris radicem, suffundis acetum, adicies caryotam et teres. mel, aceto, liquamine et oleo temperabis. pullum refrigeratum et siccatum mittis, quem perfusum inferes.

7 Pollo cocido en su propia salsa
Machacar pimienta, comino, un poco de tomillo, hinojo en grano, menta, ruda, raíz de benjuí, rociar con vinagre, añadir dátiles y picar bien; amalgamar con miel, garum, vinagre y aceite. Presentar el pollo frío y secado con un paño; por encima se le echará la salsa antes de servirlo.

8. Pullum elixum cum cucurbitis elixis: iure supra scripto, addito sinape, perfundis et inferes.

8 *Pollo cocido con calabazas hervidas*
Con la salsa descrita en la receta anterior, añadir mostaza, espolvorear pimienta y servir.

9. Pullum elixum cum colocasiis elixis: supra scripto iure perfundis et inferes. facis et in elixa et in . . .

9 *Pollo cocido con colocasias hervidas*
Con la misma salsa que antes, y servir.

10. . . . olivis columbadibus, non valde ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat dum coquitur in olla, submissus in sportella. cum bullierit, frequenter levas et ponis ne dissiliat.

10 Con aceitunas aliñadas, no en demasiada canti-dad, sino mediando un espacio entre ellas, para evitar que durante la cocción exploten en la olla. Cuando alcance la ebullición, apartar del fuego unas cuantas veces, para que no explote.

11. Pullus Vardanus: pullum coques iure hoc: liquamine, oleo, vino, ûcui mittisü fasciculum porri, coriandri, satureiae. cum coctus fuerit, teres piper, nucleos cyathos duos et ius de suo sibi suffundis et fasciculos proicies. lac temperas, et reexinanies [in] mortarium supra pullum, ut ferveat. obligas eundem albamentis ovorum tritis, ponis in lance et iure supra scripto perfundis. hoc ius candidum appellatur.

11 *Pollo de Heliogábalo*
Poner a cocer el pollo con garum, aceite y vino; se sazonará con un manojo de puerro, coliandro y ajedrea. Una vez cocido, machacar en un mortero pimienta y piñones, derramar dos cucharadas del jugo de la cocción, sacado previamente el manojo de hierbas. Amalgamar con leche. Después, cubrir el pollo con esta salsa y ponerlo a hervir. Ligarlo con claras de huevo batidas. Colocar el pollo en una bandeja y bañarlo con la salsa, que se llama salsa

blanca.

12. Pullum Frontonianum: pullum praedura, condies liquamine, oleo mixto, cui mittis fasciculum anethi, porri, satureiae et coriandri viridis, et coques. ubi coctus fuerit, levabis eum, in lance defrito perungues, piper aspargis et inferes.

12 *Pollo guisado con harina y leche*
Poner a cocer un pollo con garum, aceite y vino, que se sazonará con un manojo de coliandro y cebolla. A continuación, una vez cocido, sacarlo de su jugo y poner en una cacerola un poco de leche y sal, miel y muy poca agua.

13. Pullus tractogalatus: pullum coques liquamine, oleo, vino, cui mittis fasciculum coriandri, cepam. deinde, cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo et mittis in caccabum novum lac et salem modicum, mel et aquae minimum [id est tertiam partem]. ponis ad ignem lentum ut tepescat, tractum confringis et mittis paulatim, assidue agitas, ne uratur. pullum illic mittis integrum vel carptum, versabis in lance, quem perfundis ius tale: piper, ligusticum, origanum, suffundis mel et defritum modicum, et ius de suo sibi, temperas. in caccabulo facies ut bulliat. cum bullierit, amulo obligas et inferes.

13 *Pollo de Frontón*
Preparar un pollo, sazonarlo con garum mezclado con aceite, y echar un manojo de eneldo, puerro, ajedrea y coliandro fresco. Poner a cocer. Cuando esté, retirar del fuego, colocar en una bandeja, rociar con defrito, espolvorear pimienta y servir.
Calentar a fuego lento, removiendo continuamente para que no se queme. Echar el pollo, entero o troceado, y seguidamente ponerlo en una bandeja sazonándolo con una salsa preparada de la siguiente manera: pimienta, ligústico, orégano, rociar con miel y un poco de defrito, y amalgamar con su propio jugo. Poner a hervir en una cazuela. Cuando esté, envolver con almidón y servir.

14. Pullus farsilis: pullum sicuti liquaminatum a cervice expedies. teres piper, ligusticum, gingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebellum ex iure coctum, ova confringis et commiscis, ut unum corpus efficias. liquamine temperas et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundantes. fac impensam et imples pullum vel porcellum, ita ut laxamentum habeat. Similiter in capo facies. ossibus eiectis coques.

14 *Pollo relleno*
Vaciar el pollo por el cuello, como se hace para el pollo al garum. Machacar pimienta, ligústico, jengibre, un trozo de carne del pollo, espelta cocida con agua, picar un seso cocido en su propio jugo, romper unos huevos y mezclarlos hasta que ligue formando una masa homogénea. Amalgamar con garum y un poco de aceite, añadiendo pimienta en grano y muchos piñones. Rellenar el pollo con este relleno (o igualmente un lechón), sin excederse. Se procederá de la misma forma con un capón, que se deberá deshuesar antes de cocerlo.

15. ûPullus leucozomusü. accipies pullum et ornas ut supra. aperies illum a pectore. [pullus leucozomus] accipiat aquam et oleum Spanum abundans. agitatur ut ex se amulet et humorem consumat. postea, cum coctus fuerit, quodcumque porri remanserit inde levas. piper aspargis et inferes.

15 *Pollo con salsa blanca*
Preparar el pollo como en la receta anterior. Abrirlo por la pechuga. Mojarlo con agua y abundante aceite de España. Removerlo para que eche su líquido y absorba el agua y el aceite. A continuación, una vez cocido, espolvorear pimienta y servir.



P O L Y T E L E S
l i b e r s e p t i m u s

Πολυτελής·

LIBRO VII ñEL COCINERO SUNTUOSOò

I. VVLVAE STERILES, CALLVM, LIBELLI, COTICVLAE ET VNGELLAE

1. Vulvae steriles: laser [vulvas et apices politeles liber VII] Cyrenaicum vel Parthicum, aceto et liquamine temperato adpones.

2. In vulva [et] sterili: piper, apii semen, mentam siccam, laseris radicem, mel, acetum et liquamen.

3. Vulvae [et] steriles: pipere, liquamine, lasere Parthico adponis.

4. Vulvae steriles: piper, liquamine et condito modico adponis.

5. Callum, libelli, coticulae, ungellae: cum piper liquamine lasere adponis.

6. Vulvam ut tostam facias, in cantabro involve et postea in muriam mitte et sic coque.

I VULVAS, CALLOS, HOCICOS, MANOS Y PIES DE CERDO

1 *Vulvas*
Amalgamar benjuí de Cirene o de Partia con vinagre y garum.

2 *Otra receta de vulvas*
Pimienta, apio en grano, menta seca, raíz de benjuí, miel, vinagre y garum.

3 *Otra*
Pimienta, garum y benjuí de Partia.

4 *Otra de vulvas*
Pimienta, garum y un poco de vino aromático.

5 *Callos, hocicos, pies y manos*
Con pimienta, garum y benjuí.

6 *Vulva asada*
Envolverla en salvado y ponerla en salmuera; poner a cocer.

II. SVMEN

1. Sumen elixas, de cannis surclas sale adspargis et in furnum mittis vel in craticulam. subassas. teres piper ligusticum, liquamen, mero et passo, amulo obligas et sumen perfundis.

2. Sumen plenum: teritur piper, careum, echinus salsus, consuitur et sic coquitur. manducatur cum allece, sinapi.

II UBRES

1 Poner a cocer las ubres, sujetarlas con un pincho, espolvorear con sal y ponerlas al horno o a la parrilla. Asarlas ligeramente. Machacar pimienta, ligústico, garum, amalgamar con vino puro y vino de pasas; envolver con almidón y echarlo encima de las ubres.

2 *Ubres rellenas*

Machacar pimienta, alcaravea, erizo salado, ligarlo todo y cocerlo así. Se come con salmuera y mostaza.

III. FICATVM

1. In ficato oenogarum: piper, thymum, ligusticum, liquamen, vinum modice, oleum.

2. Aliter: ficatum praecidis ad cannam, infundis in liquamine. ûteresü piper, ligusticum, bacas lauri duas. involves in omento et in craticula assas et inferes.

III FOIE-GRAS

1 *Garum al vino para el foie-gras*

Machacar pimienta, tomillo, ligústico, garum, un poco de vino y aceite.

2 *Otra receta*

Cortar el hígado con una caña y bañarlo con garum. Machacar pimienta, ligústico, dos bayas de laurel, envolver en una membrana de cerdo, asarlo a la parrilla y servir.

IV. OFELLAE

1. Ofellas Ostienses: [in ofillam] designas ofellas in cute, ita ut cutis sic remaneat. teres piper, ligusticum, anethum, cuminum, silphium, bacam lauri unam, suffundis liquamen, fricas, in angularem refundis simul cum ofellis. ubi requieverint, in condimentis biduo vel triduo ponis, surclas decussatim, et in furnum mittis. cum coxeris, ofellas, quas designaveras, separabis et teres piper, ligusticum, suffundis liquamen et passum modicum, ut dulce fiat. cum ferbuerit, ius amulo obligas. ofellas satias et inferes.

2. Ofellas Apicianas: ofellas exossas, in rotundum complicas, surclas, ad furnum admoves. postea praeduras, levas et, ûtü humorem exspuant, in craticula igni lento exsiccabis, ita ne urantur. teres piper, ligusticum, cyperis, cuminum, liquamen et passo temperabis, cum hoc iure ofellas in caccabum mittis. cum coctae fuerint, levas et siccas, sine iure, piper asperso, et inferes. si pingues fuerint, cum surclas tollis cutem. potest et de abdomine huiusmodi ofellas

IV CARNE

1 *Carne a la manera de Ostia*

Marcar los trozos encima de la carne, sin cortarlos. Machacar pimienta, ligústico, eneldo, comino, laserpicio, una baya de laurel, rociar con garum, picarlo bien, echarlo en un recipiente con la carne. Dejarlo macerar durante dos o tres días; sacar la carne cuando ya esté condimentada, clavar dos pinchos en aspa y meter al horno. Después de la cocción, cortar los trozos que se habían marcado y machacar pimienta, ligústico, rociar con garum y un poco de vino de pasas para endulzar. Cuando esta salsa alcance el punto de ebullición, envolverla con almidón, recubrir la carne y servir.

2 *Carne al modo de Apicio*

Sacar los huesos a un trozo grande de carne, envolverla, pasarle un pincho y meter al horno. Cuando se haya puesto dura, sacarla, y para que eche el líquido, ponerla sobre la parrilla a fuego lento, cuidando de que no se queme. Machacar pimienta, ligústico, chufa y comino, amalgamar con garum y vino de pasas. Poner la carne en una cazuela junto con esta salsa. Una vez cocida, sacarla y secar. Servir sin la salsa, espolvorear pimienta y presentarla. Si fuere demasiado grasa, quitar la piel en el momento de sacar el pincho.

facere.

Puede asimismo prepararse esta carne con la tripa de cerdo.

3. Ofellae aprogineo more: ex oleo, liquamine condiuntur, et mittitur eis condimentum, cum coctae fuerint. et super adicitur his, cum in foco sunt, conditura, et denuo bulliunt. piper tritum, condimentum, mel, liquamen, amulum, cum iam bulliunt. et sine liquamine et oleo elixantur, coquuntur et sic piper perfunduntur. ûmittisü ius supra scriptum, et sic bulliunt.

3 *Carne a la manera del jabalí*
Se sazona con aceite y garum, y una vez cocida, se echan finas hierbas. Mientras está en el fuego, se le echa el siguiente preparado, y se pone de nuevo a hervir: pimienta molida, finas hierbas, garum, miel, y cuando hierva, almidón. Asimismo, se puede cocer sin garum ni aceite, solamente con agua, y una vez cocida, espolvorear pimienta. Añadir la salsa descrita en la receta anterior, y dejar hervir.

4. Aliter ofellae: recte friguntur ut paene assae reddantur. liquaminis summi cyathum, aquae cyathum, aceti cyathum, olei cyatha. simul mixtis et immissis in patellam fictilem, frigis et inferes.

4 *Otra receta de carne*
Freír la carne cuidadosamente, de manera que parezca asada. Preparar una cucharada de garum de la mejor calidad, una de agua, una de vinagre y otra de aceite. Mezclarlo, ponerlo en una vasija de barro y freír. Servir junto con la carne.

5. Aliter ofellas: in sartagine abundanti oenogaro. piper asparges et inferes.

5 *Otra receta de carne*
En una sartén, con abundante enogaro. Espolvorear pimienta, y servir.

6. Aliter ofellas: ofellae prius sale et cumino infusae in aquam recte friguntur.

6 *Otra receta*
Macerar primeramente la carne en agua, con sal y comino; a continuación, freírla.

V. ASSATVRAE
1. Assaturam: assam a furno simplicem salis plurimo conspersam cum melle inferes.

V ASADOS
1 *Asado*
La carne se asa al horno sin salsa, con mucha sal y rociada con miel.

2. Aliter assaturas: petroselini scripulos sex, laser scripulos sex, gingiberis scripulos sex, lauri bacas quinque, condimenti, laseris radicem scripulos sex, origani scripulos sex, cyperis scripulos sex, costi modice, pyrethri scripulos tres, apii seminis scripulos VI, piperis scripulos XII, liquaminis et olei quod sufficit.

2 *Otra receta de asado*
Una hoja de perejil, una de benjuí, una de jengibre, cinco bayas de laurel, finas hierbas, 5 gr. de raíz de benjuí, 5 gr. de orégano, 5 de chufa, costo en poca cantidad, 5 *g r* . de pelitre, 5 gr. de apio en grano 10 gr. de pimienta, garum y aceite en cantidad suficiente.

3. Aliter assaturas: myrtae siccae bacam extenteratam cum cumino, pipere, mel, liquamen, defrito et oleo teres, et fervefactum amulas. carnem elixam sale subassatam perfundis, piper aspargis et inferes.

3 *Otra receta*
Machacar bayas de mirto seco deshuesadas, comino, pimienta, miel, garum, defrito y aceite; picarlo bien y ponr a hervir envuelto en almidón. Poner a cocer la carne con agua, luego asarla ligeramente con sal; espolvorear pimienta y servir.

4. Aliter assaturas: piperis scripulos sex, ligusticum scripulos sex, petroselinum

4 *Otra*
5 gr. de pimienta, 5 gr. de ligústico, una hoja de perejil, 5 gr. de apio en grano, 5 gr. de eneldo, 5

scripulos sex, apii semen scripulos VI, anethi scripulos sex, laseris radicem scripulos VI, asareos scripulos VI, pyrethri modice, cyperis scripulos VI, carei scripulos VI, cumini scripulos VI, gingiberis scripulos VI, liquaminis heminam, olei acetabulum.

gr. de raíz de benjuí, 5 gr. de nardo, pelitre en muy poca cantidad, 5 gr. de chufa, 5 de alcaravea, 5 de comino, 5 de jengibre, 250 gr. de garum y 50 de aceite.

5. Assaturas in collare: elixatur et infunditur in fretali piper, condimentum, mel, liquamen, et attorretur in clibano quousque coquatur. elixum vero collare, si voles, sine conditura assas, et siccum calidum perfundis.

5 Otra receta
Se cuece la carne con agua. Se prepara en una sartén pimienta, finas hierbas, miel, garum, y se pone al fuego hasta que llegue a la cocción. Seguidamente, una vez haya alcanzado la carne su punto, se puede asar sin el preparado de hierbas, de manera que se le echará por encima estando seca y caliente.

VI. IN ELIXAM ET COPADIA

VI SALSA PARA LA CARNE HERVIDA Y CARNE GUISADA

1. Ius in elixam omnem: piper, ligusticum, origanum, rutam, silphium, cepam siccam, vinum, caroenum, mel, acetum, olei modicum. persiccatam et sabano expressam elixam perfundis.

1 *Salsa para toda clase de hervidos*
Pimienta, ligústico, orégano, ruda, laserpicio, cebolla seca, vino, careno, miel, vinagre y un poco de aceite. Una vez cocida la carne con agua, secarla con un paño, y cubrirla con esta salsa.

2. Ius in elixam: piper, petroselinum, liquamen, acetum, caryotam, cepullam, olei modicum. perfundis calido iure.

2 *Otra salsa*
Pimienta, perejil, garum, vinagre, dátiles, cebolletas y un poco de aceite. Echarla bien caliente encima de la carne.

3. Ius in elixam: teres piper, rutam aridam, feniculi semen, cepam, caryotam, liquamen et oleum.

3 Machacar pimienta, ruda seca, hinojo en grano, cebolla, dátiles, garum y aceite.

4. Ius candidum in elixam: piper, liquamen, vinum, rutam, cepam, nucleos, conditum, modicum de buccellis maceratis unde stringat, oleum. cum coxerit, ius perfundis.

4 *Salsa blanca para hervidos*
Pimienta, garum, vino, ruda, cebolla, piñones, vino aromático, un poco de pan macerado para espesar y aceite. Cuando esté cocido, echar sobre la carne.

5. Aliter ius candidum in elixam: piper, careum, ligusticum, thymum, origanum, cepulam, dactilum, mel, acetum, liquamen, oleum.

5 *Otra salsa blanca*
Pimienta, alcaravea, ligústico, tomillo, orégano, cebolleta, dátiles, miel, vinagre, garum y aceite.

6. In copadiis ius album: piper, cuminum, ligusticum, rutae semen, damascenas. infundis vinum, oenomeli et aceto temperabis. ûagitabisü thymo et origano.

6 *Salsa blanca para la carne guisada*
Pimienta, comino, ligústico, ruda en grano, ciruelas de Damasco; bañar con vino y amalgamar con vino mezclado con miel, y vinagre. Remover con una rama de tomillo y orégano.

7. Aliter ius candidum in copadiis: piper, thymum, cuminum, apii semen, feniculum,

7 Otra de salsa blanca para la carne guisada
Pimienta, tomillo, comino, apio en grano, hinojo,

mentam, bacam myrtae, uvam passam. mulso temperas. agitabis ramo satureiae.

menta, bayas de mirto, uva pasa. Amalgamar con vino mezclado con miel. Remover con una rama de ajedrea.

8. Ius in copadiis: piper, ligusticum, careum, mentam, nardostachyum, folium, ovi vitellum, mel, mulsam, acetum, liquamen et oleum. agitabis satureia et porro, amulabis.

8 *Otra salsa para la carne guisada*
Pimienta, ligústico, alcaravea, menta, hoja de nardo, el tallo del nardo, yema de huevo, miel, hidromiel, vinagre, garum y aceite. Remover con ajedrea y puerro; envolver con almidón.

9. Ius album in copadiis: piper, ligusticum, cuminum, apii semen, thymum, nucleos infusos, nuces infusas et purgatas, mel, acetum, liquamen et oleum.

9 *Salsa blanca para carne guisada*
Pimienta, ligústico, comino, apio en grano, tomillo, piñones macerados, nueces maceradas y limpiadas, miel, vinagre, garum y aceite.

10. Ius in copadiis: piper, apii semen, careum, satureiam, cneci flos, cepulam, amygdala tosta, caryotam, liquamen, oleum, sinapis modicum. defrito coloras.

10 *Otra salsa*
Pimienta, apio en grano, alcaravea, ajedrea, flor de azafrán, cebolleta, almendras tostadas, dátiles, garum, aceite y un poco de mostaza. Dar color con defrito.

11. Ius in copadiis: piper, ligusticum, petroselinum, cepulam, amygdala tosta, dactilum, mel, acetum, liquamen, defritum, oleum.

11 *Otra salsa*
Pimienta, ligústico, perejil, cebolleta, almendras tostadas, dátiles, miel, vinagre, garum, defrito y aceite.

12. Ius in copadiis: ova dura incidis, piper, cuminum, petroselinum, porrum coctum, myrtae bacas, plusculum mel, acetum, liquamen, oleum.

12 *Otra*
Cortar unos huevos duros, pimienta, comino, perejil, puerro cocido, bayas de mirto, buena cantidad de miel, vinagre, garum y aceite.

13. ûIusü in elixam anethatum crudum: piper, anethi semen, mentam siccam, laseris radicem, suffundis acetum, adicies caryotam, mel, liquamen, sinapis modicum, defrito, oleo temperabis. et hoc in collari porcino.

13 *Salsa cruda de eneldo para la carne hervida*
Pimienta, eneldo en grano, menta seca, raíz de benjuí, bañar con vinagre, añadir dátiles, miel, garum, mostaza en poca cantidad, y amalgamar con defrito y con aceite. Esta salsa también puede utilizarse para el cuello del cerdo.

14. Ius in elixam allecatum: piper, ligusticum, careum, apii semen, thymum, cepulam, dactilum, allecem colatum. melle et vinum temperas. apium viridem incisum super aspargis, oleum mittis et inferes.

14 *Salsa de salmuera para la carne hervida*
Pimienta, ligústico, alcaravea, apio en grano, tomillo, cebolleta, dátiles, salmuera pasada por el tamiz, y amalgamar con miel y vino. Espolvorear apio fresco machacado, añadir aceite, y servir.

VII. VENTRICVLA

1. Ventrem porcinum bene exinanies, aceto et sale, postea aqua lavas, et sic hanc impensam imples: pulpam porcinam tunsam tritam, ita ut enerviata commisceas cerebella tria et ova cruda, cui nucleos infundis et piper integrum mittis et hoc iure temperas. teres piper, ligusticum, silphium, anesum, gingiber, rutae

VII TRIPA

1 *Tripa de cerdo*
Vaciarla bien, lavarla con vinagre y sal, y a continuación con agua, y rellenarla con el siguiente preparado: mezclar la carne del cerdo machacada y bien picada con tres sesos sin nervio y unos huevos crudos, añadiendo piñones y pimienta en grano; seguidamente, amalgamar con esta salsa:

modicum, liquamen optimum et olei modicum. reples aqualiculum sic ut laxamentum habeat, ne dissiliat in coctura. surclas ambas et in ollam bullientem summittis. levas et pungis acu, ne crepet. eum ûadü dimidias coctum fuerit, levas et ad fumum suspendis ut coloretur. et denuo eum perelixabis, ut coqui possit, deinde liquamine mero oleo modico et cultello aperies et cum liquamine et ligustico adponis.

machacar pimienta, ligústico, laserpicio, anís, jengibre, ruda en poca cantidad, garum de la mejor calidad y un poco de aceite. Con eso llenar la tripa del cerdo, sin forzarla demasiado a fin de que, con la cocción, no explote. Atravesarla con un pincho, de manera que quede cerrada por las dos partes, y echarla en una olla de agua caliente. Retirar del fuego y perforar con una aguja para que no salte. A media cocción, sacarla y colgar al humo hasta que coja color. Seguidamente, se pone de nuevo al fuego hasta el punto de cocción, y se le echa garum, vino puro y un poco de aceite. Después se abre con un cuchillo y se sirve con garum y ligústico.

2. Ventrem ut tostum facias: in cantabro involve, postea in muriam mittis et sic coque.

2 *Tripa de cerdo asada*
Se envuelve con salvado, y luego se pone en salmuera: cocerla así.

VIII. LVMBI ET RENES
1. Lumbuli assi ita fiunt: aperiuntur in duas partes ita ut expansi sint, et aspergitur eis piper tritum, nuclei et coriandrum concisum, minutatim factum et semen feniculi tritum. deinde lumbuli recluduntur [assi] et consuuntur et involvuntur omento et sic praedurantur in oleo et liquamine, inde assantur in clibano vel craticula.

VIII LOMO Y RIÑONES
1 *Riñones asados*
Partirlos en dos y echarles pimienta molida, piñones, coliandro picado y unos granos de hinojo machacado. Cerrarlos, apretarlos bien y envolver en un redaño hasta que endurezcan; entonces se pondrán en aceite y garum, y se asarán en el horno o a la parrilla.

IX. PERNA
1 Pernam, ubi eam cum caricis plurimis elixaveris et tribus lauri foliis, detracta cute tessellatim incidis et melle complebis. deinde farinam oleo subactam contexes et ei corium reddis ut, cum farina cocta fuerit, eximas furno est et inferes



IX PATA DE CERDO[*]
1 Poner a cocer la pata de cerdo con muchos higos y tres hojas de laurel. Una vez cocida, sacarle la piel, y trazar unos cuadraditos que se rellenarán con miel. A continuación, envolverla con harina y aceite, de manera que quede recubierta por una capa protectora. Meterla al horno, y cuando esté bien cocida, sacarla, y servir.

*Esta receta causa sensación entre los comensales, por su espectacular tamaño y presentación. En dos ocasiones la hemos preparado ð respecto de ella comentó con humor el Sr. Tierno Galván que prefería ñsu querida sopa de ajoò. Nuestro cocinero tuvo en todo momento su gusto exquisito, y la supo presentar para conseguir fascinar a los comensales: de enorme tamaño, acompañada de manzanas asadas, y envuelta en papel de plata. Antes de ser seccionada, se muestra a quienes van a degustarla. Es, en verdad, *un señor plato.*

2. Pernae cocturam: ex aqua cum caricis cocta simpliciter, ut solet, inlata cum buccellis, caroeno vel condito. melius, si cum musteis.

2 *Pata cocida*
Cocerla simplemente con agua y unos higos secos, y servir con unos trozos de pan y careno o

vino aromático. Es mejor que sea pan de mosto.

3. Petasonem ex musteis: petasonem elixas cum bilibri hordei et caricis XXV. cum elixatus fuerit, decarnas et arvillam illius candenti vatillo uris et melle contingis. quod melius, missum in furnum, melle oblinas. cum coloraverit, mittis in caccabum passum, piper, fasciculum rutae, merum, temperas. cum fuerit temperatum, dimidium in petasonem perfundis et aliam partem piperati, buccellas musteorum fractas perfundis, cum sorbuerint quod mustei recusaverint, petasoni refundis.

3 PATA DE CERDO CON PAN DE MOSTO
Poner a cocer con agua la pata de cerdo con 600 gr. de cebada y veinticinco higos secos. Cuando esté, separar la carne y quemar la grasa sobre una parrilla caliente; luego untarla con miel, o mejor será meterla en el horno ya con la miel. Cuando haya cogido color, preparar una cazuela en la que se echará vino de pasas, pimienta, un manojo de ruda, vino puro, y amalgamar. Seguidamente, echar la mitad del preparado encima de la pata de cerdo, y la otra mitad por encima de unos trozos de pan de mosto. Esperar a que éste absorba bien el líquido, y lo que quedare sin absorber, derramarlo sobre la carne.

4. Laridi coctura: tectum aqua cum multo anetho coques, oleum modicum distillabis et modicum salis.

4 LARDO COCIDO
Cocerlo cubierto de agua y con mucho eneldo. Rociar con unas gotas de aceite y echar un poco de sal.

X. IECINERA SIVE PVLMONES

1. Iecinera haedina vel agnina sic coques: aquam mulsam facies, et ova, partem lactis admiscis eis ut incisa iecinera sorbeant. coques ex oenogaro, piper asperso et inferes.

X HIGADO O VISCERAS

1 *Hígado de cabrito o de cordero*
Preparar agua con miel y romper unos huevos, con los cuales se mezclará un poco de leche; echar el hígado para que absorba el líquido. Ponerlo a cocer con garum mezclado con vino, espolvorear pimienta y servir.

2. Aliter [iecinera] in pulmonibus: ex lacte lavas pulmones et colas quod capere possunt, et infringis ova dua cruda, salis grana pauca, mellis ligulam, et simul commiscis et imples pulmones. elixas et concidis. teres piper, suffundis liquamen, passum, merum. pulmones confrigis et hoc oenogaro perfundis.

2 *Otra receta para las vísceras*
Lavarlas en leche, y luego colarlas. Romper dos huevos, y batirlos, echar unos granos de sal y una cucharada de miel: mezclar bien y envolver las vísceras. Cocerlas con agua, y cortar. Machacar pimienta, rociar con garum, vino de pasas y vino puro. Freír las vísceras y echarles este enogarum.

XI. DVLCIA DOMESTICA ET MELCAE

1. Dulcia domestica: palmulas vel dactilos excepto semine, nuce vel nucleis vel piper tritum infercies. sales foris contingis, frigis in melle cocto, et inferes.

XI DULCES CASEROS Y LECHE COAGULADA

1 *Dulces caseros*
Sacar el hueso de unos dátiles, rellenar de nueces, piñones o de pimienta molida. Envolverlos con sal, freírlos en un recipiente con miel cocida, y servir.

2. Aliter dulcia: musteos Afros optimos rades et in lacte infundis. cum biberint, in furnum mittis, ne arescant, modice. eximes eos calidos, melle perfundis, compungis ut bibant. piper aspargis et inferes.

2 *Otra receta de dulces*
Poner en leche la miga de pan de mosto (el de África es el de mejor calidad). Cuando haya absorbido bien la leche, ponerlo en el horno sólo un momento, para evitar que se seque. Sacar, y untarlo con miel mientras está caliente, pinchándolo para que la absorba. Espolvorear pimienta, y

servir.

3. Aliter dulcia: siligineos rasos frangis, et buccellas maiores facies. in lacte infundis, frigis [et] in oleo, mel superfundis et inferes.

3 *Otra receta*
Romper en trozos grandes un pan de harina de flor y poner en leche; freirlo y luego untarlo de miel.

4. Dulcia piperata: . . . mittis mel, merum, passum, rutam. eo mittis nucleos, nuces, alicam elixatam. concisas nuces avellanas tostas adicies, et inferes.

4 *Dulces con pimienta*
Mezclar miel, vino puro, vino de pasas y ruda. Añadir piñones, nueces y espelta cocida con agua. Finalmente, echar nueces cortadas y avellanas tostadas.

5. Aliter dulcia: piper, nucleos, mel, rutam et passum teres, cum lacte [et] tracta coques. coagulum coque cum modicis ovis. perfusum melle, aspersum inferes.

5 Otra receta de dulces
Machacar pimienta, piñones, miel, ruda y vino de pasas; cocerlo con leche y harina. Una vez haya coagulado, poner a cocer con huevos, en poca cantidad. Untar con miel, espolvorear pimienta y servir.

6. Aliter dulcia: accipies similam, coques [et] in aqua calida, ita ut durissimam pultem facias, deinde in patellam expandis. cum refrixerit, concidis quasi dulcia et frigis in oleo optimo. levas, perfundis mel, piper aspargis et inferes. melius feceris, si lac pro aqua miseris.

6 *Otra receta*
Cocer en agua caliente flor de harina, de manera que quede una masa espesa que se extenderá en una sartén. Cuando se haya enfriado, cortar en trozos y freír con aceite de la mejor calidad. Sacar de la sartén, untar con miel, espolvorear pimienta y servir. Sabrá mejor si, en lugar de agua, se cuece con leche.

7. Tyropatinam: accipies lac, adversus quod patinam aestimabis, temperabis lac cum melle quasi ad lactantia, ova quinque ad sextarium mittis, si ad heminam, ova tria. in lacte dissolvis ita ut unum corpus facias, in cumana colas et igni lento coques. cum duxerit ad se, piper adspargis et inferes.

7 Flan
Poner leche en un plato, en la cantidad proporcional al tamaño de éste. Amalgamar con miel, como se hace con todos los dulces hechos con leche; echar cinco huevos para medio litro; tres, para un cuarto. Batirlos con leche hasta que queden bien disueltos, pasar por el tamiz dentro de una sartén, y cocer a fuego lento. Cuando haya cuajado, espolvorear pimienta, y servir.

8. Ova spongia ex lacte: ova quattuor, lactis heminam, olei unciam in se dissolvis, ita ut unum corpus facias. in patellam subtilem adicies olei modicum, facies ut bulliat, et adicies impensam quam parasti. una parte cum fuerit coctum, in disco vertes, melle perfundis, piper adspargis et inferes.

8 *Tortilla de leche*
Batir cuatro huevos, un cuarto de litro de leche, 25 gr. de aceite y amalgamar bien hasta que quede disuelto. Poner aceite (en muy poca cantidad), en una sartén pequeña, y una vez esté caliente, echar el preparado. Cuando esté cocido por una parte, darle la vuelta, untar con miel, espolvorear pimienta y servir.

9 Melcas: cum piper et liquamen, vel sale, oleo et coriandro.

9 *Leche coagulada*
Con pimienta y garum, o sal, aceite y coliandro.

XII. BVLBOS

1. Bulbos oleo liquamine, aceto inferes, modico cumino adsperso.

2. Aliter: bulbos tundis atque ex aqua coques, deinde oleo frigis. ius sic facies: thymum, puleium, piper, origanum, mel, acetum modice et, si placet, et modice liquamen. piper aspargis et inferes.

3. Aliter: bulbos elixos in pultarium pressos, mittis thymum, origanum, mel, acetum, defritum, caryotam, liquamen et oleum modice. piper adspargis et inferes. [Varro: si quid de bulbis dixi, «in aquam qui Veneris ostium quaerunt», deinde ut legitimis nuptiis in cena ponuntur, sed et cum nucleis pineis aut cum erucae suco et pipere.]

4. Aliter: bulbos frictos oenogaro inferes.

XII BULBOS

1. Se servirán los bulbos con aceite, garum y vinagre, espolvoreando un poco de comino.

2 *Otra receta*
Cortar los bulbos, una vez cocidos con agua, y luego freírlos con aceite. Preparar la siguiente salsa: tomillo, pimienta, poleo, orégano, miel, vinagre en poca cantidad y, si se quiere, un poco de garum. Espolvorear pimienta, y servir.

3 Otra receta
Cocer los bulbos con agua y escurrirlos en una cazuela. Echar tomillo, orégano, miel, vinagre, defrito, dátiles, garum y aceite en poca cantidad. Espolvorear pimienta y servir.
Varrón: ñAcerca de los bulbos yo he dicho: Cocidos con agua para quienes desean encontrar el amor; en la cena, para las legítimas nupcias, pero con piñones o con jugo de jaramago y pimienta.ò

4 *Otra receta*
Freír los bulbos y servirlos con garum al vino.

XIII. FVNGI FARNEI VEL BOLETI

1. Fungi farnei: elixi, calidi, exsiccati in garo, piper accipiuntur, ita ut piper cum liquamine teras.

2. In fungis farneis: piper, caroenum, acetum et oleum

3. Aliter fungi farnei: elixi ex sale, oleo, mero, coriandro conciso inferuntur.

4. Boletos fungos: caroenum, fasciculum coriandri viridis. ubi ferbuerint, exempto fasciculo inferes.

5. Boletos aliter: calyculos eorum liquamine vel sale aspersos inferunt.

6. Boletos aliter: thyrsos eorum concisos in patellam novam perfundis, addito pipere, ligustico, modico melle. liquamine temperabis. oleum modice.

XIII CHAMPIÑONES DE FRESNO Y SETAS

1 Champiñones de Fresno
Cocidos con agua, calientes, escurridos, se toman con garum y pimienta, es decir, se pica junto la pimienta y el garum.

2 *Salsa para los champiñones de Fresno*
Pimienta, careno, vinagre y aceite.

3 *Otra receta de champiñones de Fresno*
Cocidos con agua y sal, se sirven con aceite, vino puro y coliandro picado.

4 *Champiñones y setas*
Careno y un manojo de coliandro fresco. Después de su ebullición, sacar el manojo, y servir.

5 Otra receta de champiñones
Se sirven con garum o rociados de sal.

6 Otra receta de champiñones
Cortar el tallo, ponerlos en una cazuela y echar pimienta, ligústico y un poco de miel. Amalgamar con garum y añadir un poco de aceite.

XIV. TVBERA

1. Tubera radis, elixas, sale aspergis, et surculo infiges. subassas, et mittes in caccabum oleum, liquamen, caroenum, vinum, piper et mel. cum ferbuerit, amulo obligas. tubera exornas et inferes.

2. Aliter tubera: elixas et, asperso sale, in surculis adfigis et subassas. et mittes in caccabum liquamen, oleum viridem, caroenum, vinum modice et piper confractum et mellis modicum, et ferveat. cum ferbuerit, amulo obligas, et tubera compunges, ut combibant illud. exornas. cum bene sorbuerint, inferes. si volueris, eadem tubera omento porcino involves et assabis et sic inferes.

3. Aliter tubera: oenogarum, piper, ligusticum, coriandrum, rutam, liquamen, mel, vinum, oleum modice. calefacies.

4. Aliter tubera: piper, mentam, rutam, mel, oleum, vinum modicum. calefacies et inferes.

5. Aliter tubera: elixa cum porro, deinde sale, piper, coriandro conciso, mero, oleo modico inferes.

6. Aliter tubera: piper, cuminum, silfi, mentam, apium, rutam, mel, acetum vel vinum, salem vel liquamen et oleum modice.

XV. IN COLOCASIO:

In colocasio: piper, cuminum, rutam, mel, liquamen, olei modicum. cum ferbuerit, amulo obligas.

XVI. COCHLEAS

1. Cochleas lacte pastas: accipies cochleas, spongizabis, membranam tolles, ut possint prodire. adicies in vas lac et salem uno die, ceteris diebus [in] lac per se, et omni hora mundabis stercus. cum pastae fuerint, ut non possint se retrahere . . . et ex oleo friges. mittes

XIV TRUFAS

1. Limpiar las trufas, hervirlas con agua, espolvorear sal y engancharlas con un pincho. Asarlas ligeramente, y echar en una cacerola aceite, garum, careno, vino, pimienta y miel. Una vez hervido, envolver con almidón. Disponer las trufas, y servir.

2 *Otra receta de trufas*

Cocerlas con agua, espolvorear sal, pincharlas y asar ligeramente. Poner en una cacerola garum, aceite verde, careno, vino en poca cantidad, pimienta molida y un poco de miel. Dejar hervir. Cuando esté, envolver con almidón, y pincharlas para que lo absorban bien. Cuando se hayan bebido la salsa, servir. Si se quiere, envolver las trufas con un redaño de cerdo, asarlas y servirlas así.

3 Otra receta: trufas al enogaro

Pimienta, ligústico, coliandro, ruda, garum, miel, vino y aceite en poca cantidad. Poner a calentar.

4 *Otra receta de trufas*

Pimienta, menta, ruda, miel, aceite y un poco de vino. Poner a calentar, y servir.

5 *Otra receta*

Ponerlas a hervir con puerros, echar sal, pimienta, coliandro picado, vino puro, aceite y un poco de garum.

6 *Otra receta*

Pimienta, comino, laserpicio, menta, apio, ruda, miel, vinagre o vino, sal o garum y un poco de aceite.

XV PARA LA COLOCASIA

Pimienta, comino, ruda, miel, garum y un poco de aceite. Cuando haya hervido, envolver con almidón.

XVI CARACOLES

1 *Caracoles cocidos con leche*

2. In torpedine elixa: piper, ligusticum, petroselinum, mentam, origanum, ovi medium, mel, liquamen, passum, vinum, oleum. si voles, addes sinape, acetum. si calidum volueris, uvam passam addes.

2 *Salsa para el torpedo cocido*
Pimienta, ligústico, perejil, menta, orégano, yema de huevo, miel, garum, vino de pasas, vino y aceite. Si se quiere, añadir mostaza y vinagre. En caso de preferir la salsa caliente, añadir uva pasa.

III. IN LOLLIGINE

1. In lolligine in patina: teres piper, rutam, mel modicum, liquamen, caroenum, olei guttas.

III CALAMAR

1 *Salsa para el calamar*
Machacar pimienta, ruda, miel en poca cantidad, garum, careno y unas gotas de aceite.

2. In lolligine farsili: piper, ligusticum, coliandrum, apii semen, ovi vitellum, mel, acetum, liquamen, vinum et oleum. obligabis.

2 *Salsa para el calamar relleno*
Pimienta, ligústico, coliandro, apio en grano, yema de huevo, miel, vinagre, garum, vino y aceite. Ligarlo.

IV.IN SEPIIS

1. In sepia farsili: piper, ligusticum, apii semen, careum, mel, liquamen, vinum, condimenta coctiva. calefacies, et sic aperies sepiam et perfundes.

IV SEPIAS

1 *Salsa para la sepia rellena*
Pimienta, ligústico, apio en grano, alcaravea, miel, garum, vino y finas hierbas para la cocción.

2. Sic farcies eam sepiam coctam: cerebella elixa enerviata teres cum piper, cui commisces ova cruda quod satis erit, piper integrum, isicia minuta, et sic consues et in bullientem ollam mittes ita ut coire impensa possit.

2 *Cómo rellenar la sepia cocida*
Machacar unos sesos cocidos sin nervio con pimienta, mezclarle unos huevos crudos en número suficiente, pimienta en grano y pequeñas salchichas. Coser la sepia y ponerla a cocer en agua caliente para que el relleno pueda hacerse.

3. Sepias elixas a balineo: in frigidam missas . . . cum pipere, lasere, liquamine, nucleis. ova ûaddesü et condies ut voles.

3 *Sepia cocida para después del baño*
Una vez puestas en agua fría, preparar la salsa siguiente: pimienta, benjuí, garum, piñones y huevos; triturar, ligar y sazonar a gusto de cada uno.

4. Aliter sepias: piper, ligusticum, cuminum, coriandrum viridem, mentam aridam, ovi vitellum, mel, liquamen, vinum, acetum et oleum modicum. et, ubi bullierit, amulo obligas.

4 *Otra salsa para sepias*
Pimienta, ligústico, comino, coliandro fresco, menta fresca, yema de huevo, miel, garum, vino, vinagre y un poco de aceite. Cuando hierva, añadir almidón.

V. IN POLYPO
In polypo: pipere, liquamine, lasere. inferes.

V PULPO
1 *Salsa para el pulpo*
Pimienta, garum y benjuí.

VI. IN OSTREIS:
In ostreis: piper, ligusticum, ovi vitellum, acetum, liquamen, oleum et vinum. si volueris, et mel addes.

VI OSTRAS
1 *Salsa para las ostras*
Pimienta, ligústico, yema de huevo, vinagre, garum, aceite y vino. Si se quiere, añadir miel.

VII. IN OMNE GENVS CONCHYLIORVM:
In omne genus conchyliorum: piper, ligusticum, petroselinum, mentam siccam, cuminum plusculum, mel, liquamen. si voles, folium et malabathrum addes.

VII OTROS MARISCOS
1 *Salsa para todo tipo de marisco*
Pimienta, ligústico, perejil, menta seca, comino en mucha cantidad, miel y garum. Si se quiere, añadir hoja de nardo y malobatron.

VIII. IN ECHINO
1. In echino: accipies pultarium novum, oleum modicum, liquamen, vinum dulce, piper minutum. facies ut ferveat. cum ferbuerit, in singulos echinos mittes, agitabis, ter bulliat. cum coxeris, piper asparges et inferes.

VIII ERIZO
1 *Salsa para el erizo*
Poner a cocer aceite en poca cantidad, garum, vino dulce, pimienta molida, y dejar hervir. Cuando esté, echar esta salsa encima del erizo, que se pondrá al fuego y se dejará hervir tres veces. Cuando se retire, espolvorear pimienta, y servir.

2. Aliter ûinü echino: piper, costum modice, mentam siccam, mulsum, liquamen, spicam Indicam et folium.

2 *Otra salsa*
Pimienta, un poco de costo, menta seca, vino con miel, garum, nardo indio y hoja de nardo.

3. Aliter ûinü echino: solum mittes in aqua calida, coques, levas, in patella compones, addes folium, piper, mel, liquamen, olei modice, ova, et sic obligas. in thermospodio coques, piper asparges et inferes.

3 *Otra salsa*
Poner a cocer los erizos en agua caliente; sacarlos y colocarlos en una cazuela. Echar hoja de nardo, pimienta, miel, garum, un poco de aceite, huevos y ligarlo. Ponerlo a la brasa*, espolvorear pimienta y servir.

* *thermospodium:* vasija llena de ceniza caliente.

4. In echino salso: echinum salsum cum liquamen optimum, caroeno, pipere, temperabis et adpones.

4 *Salsa para el erizo salado*
Mezclar el erizo salado con garum de la mejor calidad, careno, pimienta, amalgamar y servir.

5. Aliter: echinis salsis liquamen optimum admisces, et quasi recentes apparebunt, ita ut a balneo sumi possint.

5 Otra receta
Mezclar el erizo salado con garum de la mejor calidad, y parecerán frescos, de manera que podrán tomarse a la salida del baño.

IX. IN MITVLIS:
In mitulis: liquamen, porrum concisum, cuminum, passum, satureiam, vinum. mixta facies aquatius et ibi mitulos coques.

IX ALMEJAS
1 *Salsa para las almejas*
Garum, puerro picado, comino, vino de pasas, ajedrea y vino. Echar agua, y cocer en esta salsa las almejas.

X. IN SARDA CORDVLA MVGILE

1. In sardis: sardam farsilem sic facere oportet: sarda exossatur, et teritur puleium, cuminum, piperis grana, menta, nuces, mel. impletur et consuitur. involvitur in charta et sic supra vaporem ignis in operculo componitur. conditur ex oleo, caroeno, allece.

X SARDA, ATUN* Y MUJOL

1 *Sarda rellena*

Se saca la espina; se machaca poleo, comino, granos de pimienta, menta, nueces y miel, y con ello se rellena el pescado. Se cierra, se envuelve en papel y se pone en un recipiente a fuego lento. Se sazona con aceite, careno y salmuera.

* *Cordula:* atún recién nacido

2. Sarda ita fit: coquitur sarda et exossatur. teritur pipere, ligustico, thymo, origano, ruta, caryota, melle. et in vasculo ovis incisis ornatur impensa. vinum modice, acetum, defritum et oleum viridem.

2 *Cómo preparar la sarda*

Poner a cocer la sarda y sacarle la espina. Machacar pimienta, ligústico, tomillo, orégano, ruda, dátiles y miel. Se pondrá la salsa en un plato, adornada con trozos de huevo. Añadir vino, vinagre, defrito y aceite verde.

3. Ius in sarda: piper, origanum, mentam, cepam, aceti modicum et oleum.

3 *Salsa para la sarda*

Pimienta, orégano, menta, cebolla, un poco de vinagre y aceite.

4. Ius in sarda: piper, ligusticum, mentam aridam, cepam coctam, mel, acetum, oleum. perfundes, asperges ovis duris concisis.

4 *Otra salsa*

Pimienta, ligústico, menta, cebolla, un poco de vinagre y aceite. Echarlo por encima del pescado y adornar con trozos de huevo duro.

5. Ius in cordula assa: piper, ligusticum, apii semen, mentam, rutam, caryotam, mel, acetum, vinum et oleum. convenit et in sarda.

5 *Salsa para el atún asado*

Pimienta, ligústico, apio en grano, menta, ruda, dátiles, miel, vinagre, vino y aceite. Esta salsa también puede utilizarse para la sarda.

6. Ius in mugile salso: piper, ligusticum, cuminum, cepa, menta, ruta, calva, caryota, mel, acetum, sinape et oleum.

6 *Salsa para el mujol salado*

Pimienta, ligústico, comino, cebolla, menta, ruda, avellana, dátiles, miel, aceite, mostaza y vinagre.

7. Aliter ius in mugile salso: piper, origanum, erucam, mentam, rutam, calvam, caryotam, mel, oleum, acetum et sinape.

7 *Otra receta*

Pimienta, orégano, jaramago, menta, ruda, avellana, dátiles, miel, aceite, vinagre y mostaza.

8. Ius in siluro, in pelamyde et in thynno salsis: piper, ligusticum, cuminum, cepam, mentam, rutam, calvam, caryotam, mel, acetum, sinape, oleum.

8 **SILURO, PELAMYS[1] Y ATUN EN SALAZON**

Pimienta, ligústico, comino, cebolla, menta, ruda, avellana, dátiles, miel, vinagre, mostaza y aceite.

1 Pelamys: atún de un año.

9. Ius in mullo taricho: piper, rutam, cepam, dactilum, sinapi, trito commisces echino, oleo, et sic perfundes piscem frictum vel assatum.

9 **SALSA PARA EL BARBO SALADO**
Pimienta, ruda, cebolla, dátiles, mostaza, un erizo picado, aceite; mezclarlo todo y echarlo encima del pescado, frito o asado.

10. Salsum sine salso: iecur coques, teres, et mittes piper aut liquamen aut salem. addes oleum. iecur leporis aut haedi aut agni aut pulli, et, si volueris, in formella piscem formabis. oleum viridem supra adicies.

10 **IMITACION A PESCADO SALADO**
1 Cocer un hígado, machacarlo y aliñarlo con pimienta, garum o sal; añadir aceite ð el hígado puede ser de liebre, de cabrito, de cordero o de polloð ; si se quiere, se le puede dar la forma de pescado con un molde. Echar aceite verde por encima.

11. Aliter vice salsi: cuminum, piper, liquamen teres, et passum modice vel caroenum et nuces tritas plurimas misces et simul conteres et ûinü salsare defundes. oleum modice superstillabis et inferes.

11 *OTRA RECETA PARA IMITARLO*
Comino, pimienta, garum; machacarlo y añadirle un poco de vino de pasas, o careno y muchas nueces picadas; triturarlo todo y echarlo en una salsera. Echar por encima unas gotas de aceite, y servir.

12. Aliter salsum sine salso: cuminum tantum quantum quinque digitis tollis, piperis ad dimidium eius et unam spicam alei purgatam teres, liquamen superfundes, oleum modice superstillabis. hoc aegrum stomachum valde reficit et digestionem facit.

12 *Otra receta*
Machacar comino, la cantidad que puede cogerse con los cinco dedos, la mitad de pimienta y un diente de ajo picado, rociar con garum y echar unas gotas de aceite. Este preparado compone el estómago alterado y favorece la digestión.

XI. EMBRACTVM BAIANVM
Embractum Baianum: ostreas minutas, sphondylos, urticas in caccabum mittes, nucleos tostos concisos, rutam, apium, piper, coriandrum, cuminum, passum , liquamen, caryotam, oleum.

XI VARIADO DE BAYAS[1]
Poner en una cazuela ostras pequeñas, almejas, ortigas de mar, piñones tostados y picados, ruda, apio, pimienta, coliandro, comino, vino de pasas, garum, dátiles y aceite.

1 *Bayas:* Ciudad de Campania.





H A L I E V S
l i b e r ûXü

ʽΑλιεύς

LIBRO X ñEL PESCADORò

I. in piscibus diversis II. in murenam III. in anguillam

I. IN PISCIBVS

1. Ius diabotanon in pisce frixo: piscem quemlibet curas, lavas, friges. teres piper, cuminum, coriandri semen, laseris radicem, origanum, rutam, fricabis, suffundes acetum, adicies caryotam, mel, defritum, oleum, liquamen, temperabis, refundes in caccabum, facies ut ferveat. cum ferbuerit, piscem frictum perfundes, piper asperges et inferes.

2. Ius in pisce elixo: piper, ligusticum, cuminum, cepulam, origanum, nucleos, caryotam, mel, acetum, liquamen, sinapi, oleum modice. ius calidum. si velis, uvam passam.

3. Aliter in pisce elixo: teres piper, ligusticum, coriandrum viridem, satureiam, cepam, ovorum vitella cocta, passum, acetum, oleum et liquamen.

4. Ius in pisce elixo: piscem curabis diligenter, mittes in mortarium salem, coriandri semen, conteres bene, volves eum, adicies in patinam, cooperies, gypsabis, coques in furno. cum coctus fuerit, tolles, aceto acerrimo asperges et inferes.

I PESCADO

1 *Salsa a las hierbas para el pescado frito*
Limpiar el pescado, el que se prefiera, y ponerlo a freir. Machacar pimienta, comino, coliandro en grano, raíz de benjuí, orégano, ruda, picar bien, rociar con vinagre y añadir unsos dátiles, miel, defrito, aceite, garum y amalgamar. Ponerlo en una cacerola, y dejar hervir. Cuando esté, echarlo encima del pescado frito, espolvorear pimienta y servir.

2 *Salsa para el pescado hervido*
Pimienta, ligústico, comino, cebolleta, orégano, piñones, dátiles, miel, vinagre, garum, mostaza, un poco de aceite, y si se quiere la salsa caliente, uva pasa.

3 *Otra salsa para el pescado hervido*
Machacar pimienta, ligústico, coliandro fresco, ajedrea, cebolla, yema de huevo duro, vino de pasas, vinagre, aceite y garum.

4 *Otra receta*
Limpiar con cuidado el pescado. En un mortero picar coliandro en grano y sal. Dejar en él el pescado unos momentos, y ponerlo en una cazuela, tapar y cocer en el horno. Cuando esté, sacarlo, rociar con vinagre muy fuerte, y servir.

5. Aliter ius in pisce elixo: cum curaveris piscem, adicies in sartaginem . . . semen, aquam, anethum viridem et ipsum piscem. cum coctus fuerit, asperges aceto et inferes.

5 Otra receta
Limpiarlo bien y ponerlo en una sartén con agua y eneldo fresco. Una vez frito, rociar con vinagre y servir.

6. Ius Alexandrinum in pisce asso: piper, cepam siccam, ligusticum, cuminum, origanum, apii semen, pruna damascena enucleata, mulsum, acetum, liquamen, defritum, oleum, et coques.

6 *Salsa alejandrina para el pescado asado*
Pimienta, ligústico, coliandro fresco, comino, orégano, apio en grano, ciruelas sin hueso, vino con miel, vinagre, garum, defrito y aceite. Poner a cocer.

7. Aliter ius Alexandrinum in pisce asso: piper, ligusticum, coriandrum viridem, uvam passam enucleatam, vinum, passum, liquamen, oleum, et coques.

7 *Otra salsa alejandrina*
Pimienta, ligústico, coliandro fresco, uva pasa sin semilla, vino, vino de pasas, garum y aceite. Poner a cocer.

8. Aliter ius Alexandrinum in pisce asso: piper, ligusticum, coriandrum viridem, cepam, damascena enucleata, passum, liquamen, acetum, oleum, et coques.

8 *Otra receta*
Pimienta, ligústico, coliandro fresco, cebolla, ciruelas sin hueso, vino de pasas, garum, vinagre y aceite. Poner a cocer.

9. Ius in gongro asso: piper, ligusticum, cuminum frictum, origanum, cepam siccam, ovorum vitella cocta, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defritum, et coques.

9 *Salsa para el congrio asado*
Pimienta, ligústico, comino frito, orégano, cebolla seca, yema de huevo duro, vino, vino con miel, vinagre, garum y defrito. Poner a cocer.

10. Ius in cornutam: piper, ligusticum, origanum, cepam, uvam passam enucleatam, vinum, mel, acetum, liquamen, oleum, et coques.

10 *Salsa para el cornudo*[1]
Pimienta, ligústico, orégano, cebolla, uva pasa sin semilla, vino, miel, vinagre, garum y aceite. Poner a cocer.

1 *Cornutus:* nombre de un pescado de mar.

11. Ius in mullos assos: piper, ligusticum, rutam, mel, nucleos, acetum, vinum, liquamen, oleum modice. calefacies et perfundes.

11 *Salsa para el barbo asado*
Pimienta, ligústico, ruda, miel, piñones, vinagre, vino, garum y un poco de aceite. Poner a calentar, y echarlo encima del pescado.

12. Aliter ius in mullos assos: rutam, mentam, coriandrum, feniculum, omnia viridia, piper, ligusticum, mel, liquamen et oleum modice.

12 *Otra salsa para el barbo asado*
Ruda, menta, coliandro, hinojo ð todo frescoð , pimienta, ligústico, miel, garum y un poco de aceite.

13. Ius in pelamyde assa: piper, ligusticum, origanum, coriandrum viridem, cepam, uvam passam enucleatam, passum, acetum, liquamen, defritum, oleum, et coques. hoc ius convenit et in elixa. si vis, et mel addes.

13 *Salsa para el pelamys asado*
Pimienta, ligústico, orégano, coliandro fresco, cebolla, uva pasa sin semilla, vino de pasas, vinagre, garum, defrito y aceite. Poner a cocer. Esta salsa también puede utilizarse para el pelamys hervido. Si se quiere, puede echarse miel.

14. Ius in percam: piper, ligusticum, cuminum frictum, cepam, pruna damascena enucleata, vinum, mulsum, acetum, oleum, defritum, et coques.

14 *Salsa para la perca*
Pimienta, ligústico, comino frito, cebolla, ciruelas sin hueso, vino, vino con miel, vinagre, aceite y defrito. Poner a cocer.

15. Ius in pisce rubellione: piper, ligusticum, careum, serpyllum, apii semen, cepam siccam, vinum, passum, acetum, liquamen, oleum. amulo obligas.

15 *Salsa para el salmonete*
Pimienta, ligústico, alcaravea, serpol, apio en grano, cebolla seca, vino, vino de pasas, vinagre, garum y aceite. Envolver con almidón.

ûII IN MVRENAMü

II MORENA

1. Ius in murena assa: piper, ligusticum, satureiam, crocomagma, cepa, pruna damascena enucleata, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defritum, oleum, et coques.

1 *Salsa para la morena asada*
Pimienta, ligústico, ajedrea, bagazo de azafrán, cebolla, ciruelas sin hueso, vino, vino con miel, vinagre, garum, defrito y aceite. Poner a cocer.

2. Aliter ius in murena assa: piper, ligusticum, pruna damascena, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defritum, oleum, et coques.

2 *Otra salsa para la morena asada*
Pimienta, ligústico, ciruelas, vino, vino con miel, vinagre, garum, defrito y aceite. Poner a cocer.

3. Aliter ius in murena assa: piper, ligusticum, nepetam montanam, coriandri semen, cepam, nucleos pineos, mel, acetum, liquamen, oleum, et coques.

3 Otra receta
Pimienta, ligústico, nébeda silvestre, coliandro en grano, cebolla, piñones, miel, vinagre, garum y aceite. Poner a cocer.

4. Aliter ius in murena elixa: piper, ligusticum, anethum, apii semen, rhus Syriacum, caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum, sinape, defritum.

4 *Salsa para la morena hervida*
Pimienta, ligústico, eneldo, apio en grano, zumaque, dátiles, miel, vinagre, garum, aceite, mostaza y defrito.

5. Aliter ius in murena elixa: piper, ligusticum, careum, apii semen, coriandrum, mentam aridam, nucleos pineos, rutam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum modice. calefacies et amulo obligas.

5 Otra receta
Pimienta, ligústico, alcaravea, apio en grano, coliandro, menta seca, piñones, ruda, miel, vinagre, vino, garum y un poco de aceite. Poner a calentar y envolver con almidón.

6. Ius in murena elixa: piper, ligusticum, careum, cuminum, nucleos, caryotam, sinape, mel, acetum, liquamen et oleum et defritum.

6 *Otra receta*
Pimienta, ligústico, alcaravea, comino, piñones, dátiles, mostaza, miel, vinagre, garum, aceite y defrito.

7. Ius in lacertos elixos: piper, ligusticum, cuminum, rutam viridem, cepam, mel, acetum, liquamen, oleum modice. cum bullierit, amulo obligas.

7 *Salsa para la caballa hervida*
Pimienta, ligústico, comino, ruda fresca, cebolla, miel, vinagre, garum y un poco de aceite. Cuando hierva, envolver con almidón, y servir.

8. Ius in pisce elixo: piper, ligusticum, petroselinum, origanum, cepam aridam, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. cum bullierit, amulo obligas, et in lance inferes.

8 *Salsa para el pescado hervido*
Pimienta, ligústico, orégano, cebolla albarrana, miel, vinagre, garum, vino un poco de aceite. Cuando hierva, envolver con almidón, y servir.

9. Ius in pisce asso: piper, ligusticum, thymnum, coriandrum viridem, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum, defritum. calefacies et agitabis rutae surculo et obligabis amulo.

9 *Salsa para pescado asado*
Pimienta, ligústico, tomillo, coliandro fresco, miel, vinagre, garum, vino, aceite y defrito. Poner a calentar y remover con una rama de ruda; envolver con almidón.

10. Ius in thynno: piper, cuminum, thymum, coriandrum, cepam, uvam passam, acetum, mel, vinum, liquamen, oleum. calefacies, amulo obligabis.

10 *Salsa para el atún*
Pimienta, comino, tomillo, coliandro, cebolla, uva pasa, vinagre, miel, vino, garum y aceite. Poner a calentar y envolver con almidón.

11. Ius in thynno elixo: piper, ligusticum, thymum, condimenta mortaria, cepam, caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum, sinape.

11 *Salsa para el atún hervido*
Pimienta, ligústico, tomillo, los ingredientes que se echan al almodrote, cebolla, dátiles, miel, vinagre, garum, aceite y mostaza.

12. Ius in dentice asso: piper, ligusticum, coriandrum, mentam, rutam aridam, malum cydonium coctum, mel, vinum, liquamen, oleum. calefacies, amulo obligabis.

12 *Salsa para el denton asado*
Pimienta, ligústico, coliandro, menta, ruda seca, membrillo cocido, miel, vino, garum y aceite. Poner a calentar y envolver con almidón.

13. In dentice elixo: piper, anethum, cuminum, thymum, mentam, rutam viridem, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. calefacies et amulo obligabis.

13 *Salsa para el dentón hervido*
Pimienta, eneldo, comino, tomillo, menta, ruda fresca, miel, vinagre, garum, vino y un poco de aceite. Poner a calentar y envolver con almidón.

14. Ius in pisce aurata: piper, ligusticum, careum, origanum, rutae bacam, mentam, myrtae bacam, ovi vitellum, mel, acetum, oleum, vinum, liquamen. calefacies et sic uteris.

14 *Salsa para la dorada*
Pimienta, ligústico, alcaravea, orégano, baya de ruda, menta, baya de mirto, yema de huevo, miel, vinagre, aceite, vino y garum. Poner a calentar.

15. Ius in pisce aurata assa: piper, coriandrum, mentam aridam, apii semen, cepam, uvam passam, mel, acetum, vinum, liquamen et oleum.

9 *Salsa para la dorada asada*
Pimienta, coliandro, menta seca, apio en grano, cebolla, uva pasa, miel, vinagre, vino, garum y aceite.

16. Ius in scorpione elixo: piper, careum, petroselinum, caryotam, mel, acetum, liquamen, sinape, oleum, defritum.

16 *Salsa para el escorpión hervido*
Pimienta, alcaravea, perejil, dátiles, miel, vinagre, garum, mostaza, aceite y defrito.

17. In pisce oenogarum: teres piper, rutam, mel commisces, passum, liquamen, caroenum, et igni mollissimo calefacies.

17 *Enogaro para el pescado*
Machacar pimienta, ruda, mezclar con miel, vino de pasad, garum, careno, y calentar a fuego lento.

18. In pisce oenogarum: ut supra facies. cum bullierit, amulo obligabis.

18 *Otra receta de enogaro*
Como en la receta anterior, y cuando hierva, envolver con almidón.

ûIII. IN ANGVILLAMü


1. Ius in anguilla: piper, ligusticum, apii semen, anethum, rhus Syriacum, caryotam, mel, acetum, liquamen, oleum, sinape et defritum.

2. Ius in anguillam: piper, ligusticum, rhus Syriacum, mentam siccam, rutae bacas, ovorum vitella cocta, mulsum, acetum, liquamen, oleum. coques.

III ANGUILA

1 *Salsa para la anguila*
Pimienta, ligústico, apio en grano, eneldo, zumaque, dátiles, miel, vinagre, garum, aceite, mostaza y defrito.

2 *Salsa para la anguila*
Pimienta, ligústico, zumaque, menta seca, bayas de ruda, yemas de huevo duro, vino con miel, vinagre, garum y aceite. Poner a cocer.





A P I C I E X C E R P T A
A V I N O D A R I O
v i r o i n l u s t r i

EXTRACTOS DE APICIO, POR EL FAMOSO VINIDARIO

BREVIS PIMENTORVM
quae in domo esse debeant ut condimentis nihil desit:

Crocum, piper, zingiber, lasar, folium, baca myrtae costum, cariofilum, spica Indica, addena, cardamomum, spica nardi.

De seminibus hoc: papaver, semen rutae, baca rutae, baca lauri, semen anethi, semen api, semen feniculi, semen ligustici, semen erucae, semen coriandri, cuminum, anesum, petroselinum, careum, sisama.

De siccis hoc: lasaris radices, menta, nepeta, salvia, cupressum, origanum, iuniperum, cepa gentima, bacas thymi, coriandrum, pyrethrum, ûfoliaü citri, pastinaca, cepa ascalonia, radices iunci, anethum, puleium, cyperum, alium, osprea, samsucum, innula, silfium, cardamomum.

De liquoribus hoc: mel, defritum, caroenum, piperatum, passum.

De nucleis hoc: nuces maiores, nucleos pineos, amygdala, aballana.

De pomis siccis hoc: damascena, dactilos, uvam passam, granata. Haec omnia in loco sicco pone, ne odorem et virtutem perdant.

1 *Lista de especias indispensables para la casa, a fin de poder preparar todos los condimentos.*

Azafrán, pimienta, jengibre, laserpicio, hoja de nardo, bayas de mirto, costo, cariofilada, espiga india, adena (¿desconocida?) cardamomo y espiga de nardo

2 *En grano*
Higos, ruda, bayas de ruda, bayas de laurel, eneldo, apio, hinojo, ligústico, jaramago, coliandro, comino, anís, perejil, alcaravea y ajonjolí.

3 *Secas*
Raíz de benjuí, menta, nevada, salvia, ciprés, orégano, cebolla, enebro, genciana, bayas de tomillo, coliandro, pelitre, cidro, zanahoria, cebolla de Ascalonia, raíz de junco, eneldo, poleo, chufa, ajo, legumbres secas, mejorana, helenio, laserpicio y cardamomo.

4 *Licores*
Miel, defrito, careno, vino a la pimienta y vino de pasas.

5 *Frutos de almendras*
Nueces, piñones, almendras y avellanas.

6 *Frutos secos*
Ciruelas, dátiles, uva pasa, granadas. Colocar en lugar fresco para que conserven su aroma y efecto.

BREVIS CIBORVM

PLATOS DIVERSOS

I. caccabinam minorem II. caccabinam fusilem III [in] ofellas garatas IV. ofellas assas V. aliter ofellas VI. ofellas garaton VII. pisces scorpiones rapulatos VIII. pisces frixos cuiuscumque generis X. item pisces frixos X. pisces assos XI. pisces oenoteganon XII. sardas XIII. item pises oenoteganon XIV. mullos anethatos XV. aliter mullos XVI. murenas et anguillas XVII. locustas et quillas XVIII. pisces elixos XIX. patinas ovorum XX. porcellum coriandratum XXI. porcellum oenococtum XXII. porcellum eo iure XXIII. porcellum thymo sparsum XXIV. porcellum oxyzomum XXV. porcellum lasaratum XXVI. porcellum iuscellum XXVII. agnum simplicem XXVIII. haedum lasaratum XXIX. turdos aponcomenos XXX. turtures XXXI. ius in perdices

I. CACCABINAM MINOREM
1. Holera diversa elixa compone et pullinam inter se, si volueris, condis liquamine et oleo, et bulliat. teres piper modicum et folium et cum tritura commisces ovum et tribulas.

1 *Plato de verduras*
Preparar verduras de distintas clases, cocerlas en agua y, si se quiere, echar pollo. Sazonar con garum y aceite, y dejar hervir. Machacar un poco de pimienta y hoja de nardo; mezclar un huevo, y picar bien.

2. Alias: tritura, unde perfundes caccabinam: teres ergo folium quantum competat cum cerifolio una et quarta parte de lauri baca et medium caulis elixi et folia coriandri et solves de iuscello eius et vaporabis in cinere calido et ad horam antequam fundas in vasculo, perfundis conditum et sic ponis.

2 *Salsa para el plato de verduras*
Machacar hoja de nardo, en cantidad suficiente, con perifollo, una cuarta parte de baya de laurel, media col hervida y hojas de coliandro. Hacer una salsa con el jugo de la col, y poner a cocer a fuego máximo. Antes de echarlo en la salsera, echarle conditum, y servir.

II. CACCABINAM FVSILEM:
Malvas, porros, betas sive coliclos elixatos, turdos atque isicia de pullo, copadia porcina sive pullina et cetera quae in praesenti habere poteris, compones variatim. teres piper, ligusticum cum vini veteris pondo duo, liquamen pondo I, mel pondo I, olei aliquantum. gustata, item permixta et temperata, mittis in patinam et fac ut modice ferveat. et cum coquitur, adicies lactis sextarium unum, ova dissoluta cum lacte perfundes, patinam, mox constrinxerit, inferes.

II *Puré de verduras*
Malvas, puerros, acelgas o coles cocidas, unos tordos y albóndigas de pollo, trozos de carne de cerdo, o bien de pollo, y de cualquier otra que se tenga a mano. Machacar pimienta, ligústico, con algo más de medio litro de vino rancio, la mitad de garum y de miel y bastante aceite. Catarlo, mezclarlo bien y echarlo en una cazuela, dejándolo hervir a fuego lento. Durante la cocción, añadir medio litro de leche con unos huevos que se hayan batido en ella previamente. Cuando haya cuajado, servir.

III. OFELLAS GARATAS:
Ponis ofellas in sartagine, adices liquamen libram unam, olei similiter, mellis aliquantum et sic frigis.

III *Carne al garum*
Poner la carne en la sartén, añadir medio litro de garum, aproximadamente la misma cantidad de aceite, bastante miel, y freír.

IV. OFELLAS ASSAS:
Exbromabis diligenter et in sartagine mittis. friges oenogaro. postea simul cum ipso oenogaro inferes et piper aspargis.

IV *Carne asada*
Limpiar la carne cuidadosamente, y ponerla en la sartén. Freírla con garum mezclado con vino. Se servirá con este mismo garum y pimienta por encima.

V. ALITER OFELLAS:
[si] In liquamine frigantur et calidae melle unguantur et sic inferantur.

V. *Otra receta de carne*
Freír la carne con garum, untarla ð estando calienteð de miel, y servir.

VI. OFELLAS GARATON:
Lasar, zingiber, cardamomum et uno acetabulo liquaminis misces cum his omnibus tritis et ibi ofellas coques.

VI. *Carne con salsa al garum*
Benjuí, jengibre, cardamomo y un poco de garum, mezclar todo, y freír la carne con esta salsa.

VII. PISCES SCORPIONES RAPVLATOS:
Coquis in liquamen et oleo et cum mediaverit coctura, tolles. rapas elixas madidas et minutissime concisas manibus depressabis, ut humorem non habeant, et cum pisce obligas, et bulliat cum oleo abunde. et, iam bullivit, teres cuminum, lauri bacam dimidiam, addes propter colorem crocum. amulabis de oryza propter spissitudinem. superfundes et tunc inferes. addes modicum acetum.

VII. *Escorpiones con nabos*
Cocer los escorpiones con garum y aceite, y a media cocción, sacarlos. Apretar con las manos unos nabos, que se habrán cocido previamente con agua, hasta que suelten toda el agua, picarlos en trozos muy pequeños. Mezclar con el pescado, y dejar hervir. Cuando esté, machacar comino y unas bayas de laurel, echar azafrán para dar color, mezclar con arroz para espesar, y derramarlo por encima del pescado. Añadir un poco de vinagre.

VIII. PISCES FRIXOS CVIVSCVMQVE GENERIS
sic facies: Teres piper, coriandri semen, lasaris radices, origanum, rutam, caryotam, suffundes acetum, oleum, liquamen, adices defritum. haec omnia temperabis et in caccabulo mittis et ferveat. cum calefeceris, eosdem pisces superfundes. asparso pipere inferes.

VIII. *Fritura de pescado*

Machacar pimienta, coliandro en grano, raíz de benjuí, orégano, ruda, dátiles, rociar con vinagre, aceite, garum y añadir defrito. Amalgamar bien, y poner a cocer en una cacerola. Una vez hervido, echar el pescado, espolvorear pimienta y servir.

IX. ITEM PISCES FRIXOS
sic facies: Teres piper, ligusticum, bacam lauri, coriandrum, mel, liquamen, vinum, passum vel caroenum temperas. coques igni lento, amulo oryzae obligas et inferes.

IX. *Fritura de pescado*
Machacar pimienta, ligústico, bayas de laurel, coliandro, miel, garum, vino y amalgamar con vino de pasas o careno. Cocer a fuego lento, mezclar con arroz, y servir.

X. PISCES ASSOS:
Teres piper, ligusticum, satureiam, cepam siccam, suffundes acetum, adices caryotam, anethum, ovorum vitella, mel, acetum, liquamen, oleum, defritum. haec omnia in uno mixta perfundes.

X. *Pescado asado*
Machacar pimienta, ligústico, ajedrea, cebolla seca, rociar con vinagre, añadir dátiles, eneldo, yema de huevo, miel, vinagre, garum, aceite y defrito. Amalgamar, y servir.

XI. PISCES OENOTEGANON:
Friges pisces, teres piper, ligusticum, rutam, condimenta viridia, cepam siccam. adices oleum, liquamen et inferes.

XI *Fritura de pescado al vino*
Freír el pescado, machacar pimienta, ligústico, ruda, finas hierbas y cebolla seca. Añadir aceite, (vino), garum y servir.

XII. SARDAS
sic facies: Teres piper, ligustici semen, origanum, cepam siccam, ovorum coctorum vitella, acetum, oleum. haec in unum temperas et perfundes.

XII *Sarda*
Machacar pimienta, ligústico en grano, orégano, cebolla seca, yema de huevo duro, vinagre ya aceite. Amalgamar hasta hacer una masa, y servir.

XIII. PISCES OENOTEGANON:
A crudo pisces quos volueris lavas, componis in patinam, mittis oleum, liquamen, vinum, fasciculos porri et coriandri, coquitur. teres piper, origanum, ligusticum et fasciculos quos elixasti, teres et suffundes impensam de patina. facis ut obliget. cum bene tenuerit, piper asparso inferebis.

XIII *Fritura de pescado al vino*
Escoger unos pescados al gusto de uno, lavarlos y colocarlos en la cazuela. Echar aceite, garum, vino, un manojo de puerro y de coliandro, y poner a cocer. Machacar pimienta, orégano, ligústico y los manojos que se han puesto antes. Amalgamar bien, y añadir un poco de salsa de la cocción. Una vez ligado, dejar cuajar, espolvorear pimienta y servir.

XIV. MVLLOS ANETHATOS
sic facies: Rades pisces, lavabis, in patinam componis, adicies oleum, liquamen, vinum, fasciculos porri et coriandri, mittes ut coquatur. adicies piper in mortario, fricabis, adicies oleum et partem aceti, vino passo temperabis. traicies in caccabum, ponis ut ferveat. amulo obligabis et patinam piscium perfundis. insuper piper aspargis.

XIV *Barbo al eneldo*
Limpiarlo bien, y ponerlo en una cacerola. Echar aceite, garum, vino y un manojo de puerro y de coliandro. Dejar que hierva. Picar pimienta, con un poco de aceite y vinagre, y amalgamar con vino y vino de pasas. Ponerlo a cocer en una marmita. Envolver con almidón, echarlo encima del pescado, ya hervido, espolvorear pimienta y servir.

XV. ALITER MVLLOS:
Rades, lavas, componis in patinam. adices oleum, liquamen, vinum, in coctura fasciculum porri et coriandri, imponis ut coquatur. teres piper, ligusticum, origanum, adicies de iure suo [hec de patella], vino passo temperas, mittis in caccabo, ponis ut ferveat, amulo obligabis et patellam postea perfundes, piper aspargis et inferes.

XV *Otra de barbo*
Lavarlo, y ponerlo en una cacerola. Echar aceite, garum, vino y, durante la cocción, un manojo de puerro y de coliandro. Machacar pimienta, ligústico, orégano, añadir salsa de la cocción, amalgamar con vino, vino de pasas y poner a cocer. Envolver con almidón, y luego echarlo en la cacerola del pescado. Espolvorear pimienta, y hervir.

XVI. MVRENAM AVT ANGVILLAS VEL MVLLOS
sic facies: Purgabis, componis in patinam diligenter. adicies in mortario piper, ligusticum, origanum, mentam, cepam aridam, effundes vinum, acetabuli liquaminis dimidium, mellis tertiam partem, modice defritum ad cochleare. debent autem hoc iure cooperiri, ut super cocturam supersit aliquid iuris.

XVI *Morena, anguila o barbo*

Limpiar y poner en una cacerola. En un mortero machacar pimienta, ligústico, orégano, menta, cebolla seca, mojar con garum y vino, un poco de miel y una cucharada de defrito. Cubrir el pescado con esta salsa.

XVII. LOCVSTAM ûET SCILLASü:
Teres piper, ligusticum, api semen, effundes acetum, liquamen, ovorum vitella et mixta in unum perfundis et inferes.

XVII *Langosta (y Esquila)*
Machacar pimienta, ligústico, apio en grano. Mojar con garum, vinagre, yema de huevo, y amalgamar hasta hacer una masa. Cubrir el pescado con la salsa, y servir.

XVIII. IN PISCIBVS ELIXIS:
Teres piper, ligusticum, api semen, origanum, suffundes acetum, adicies nucleos pineos, caryotam quod satis sit, mel, acetum,

XVIII *Salsa para el pescado hervido*
Machacar pimienta, ligústico, apio en grano, mojar con vinagre, añadir piñones, dátiles en cantidad suficiente, miel, vinagre, garum y mostaza.

liquamen, sinape. temperabis et uteris.

Amalgamar, y servir.

XIX. PATINA SOLEARVM EX OVIS:
Rades, purgas, componis in patinam, adicies liquamen, oleum, vinum, fasciculum porri et coriandri semen, mittis ut coquatur. teres piper modicum, origanum, suffundis ius ûdeü suo sibi, adicies iuri decem cruda ova, dissolvis et in unum corpus facies. traicies in patinam super soleas. ad ignem lentum pones ut decoquat, et cum duxerit, piper adspargis.

XIX *Lenguado con huevo*
Lavar bien el pescado, y ponerlo en una cazuela. Echar garum, aceite, vino, un manojo de puerro y de coliandro, y dejar hervir. Machacar pimienta, orégano, mojar con salsa de la cocción, añadir diez huevos crudos batidos. Poner a fuego lento, para que ligue completamente. Una vez alcance el punto de cocción, espolvorear pimienta, y servir.

XX. PORCELLVM CORIANDRATVM:
Assas porcellum diligenter, facies mortarium sic, in quo teres piper, anethum, origanum, coriandrum viride, admisces mel, vinum, liquamen, oleum, acetum, defritum. haec omnia calefacta perfundes et aspargis uvam passam, nucleos pineos et cepam concisam et sic inferes.

XX *Cochinillo al coliandro*
Meter el cochinillo en el horno. Preparar una salsa con los siguientes ingredientes: pimienta, eneldo, orégano, coliandro fresco, miel, vino, garum, aceite, vinagre y defrito. Calentarlo y echarlo encima del cochinillo. Añadir unas uvas pasas, piñones y cebolla troceada.

XXI. PORCELLVM OENOCOCTVM:
Porcellum accipies, ornabis, coque in oleo et liquamine. cum coquitur, adicies in mortario piper, rutam, bacam lauri, liquamen, passum sive caroenum, vinum vetus, simul omnia teres, temperas et traicies in patinam aeneam. mittis eum.

XXI *Cochinillo al vino*
Poner a cocer el cochinillo con aceite y garum. Durante la cocción, preparar pimienta, ruda, baya de laurel, garum, vino de pasas o careno, vino rancio, amalgamar bien y ponerlo en una cacerola de cobre:

XXII. PORCELLVM EO IVRE
percoque, cum autem levas amulo obligabis et sic in vas transferes et inferes.

XXII
con esta salsa se terminará de cocer el cochinillo. Cuando esté, envolver con almidón, y servir.

XXIII. PORCELLVM THYMO SPARSVM:
Porcellum lactentem pridie occisum elixas sale et anethum et in aqua frigida adsidue intingis, ut candorem habeat. deinde condimenta viridia, thymum, puleium modicum, ova dura, cepam concisam minutam, ea omnia superspargis et condis liquamen hemina una, olei pondo uno, passum pondo uno, et sic ministras.

XXIII *Cochinillo al tomillo*
Cocer con agua, sal y eneldo un cochinillo muerto el día anterior, yque se habrá dejado en agua fría para que la carne estuviera tierna. Preparar finas hierbas, tomillo, un poco de poleo, huevo duro, cebolla picada, y echarlo encima del cochinillo, mojándolo con garum y 1/4 1. de aceite, 1/4 1. de vino de pasas, y servir.

XXIV. PORCELLVM OXYZOMVM:
Porcellum accuratum ornabis et mittis in iuscellum sic conditum: adicies in mortario piper grana L, mellis quantum competat, cepas siccas III, coriandri viridis sive sicci modicum, liquaminis heminam, olei sextarium I, aquae heminam I, simul temperas in caccabulo. mittis in eo porcellum. dum bullire coeperit, saepius agitabis, ut spissum fiat. si aliquid minus iuris facere coeperit, tunc adicies heminam I aquae.

XXIV *Cochinillo con salsa picante*
Preparar el cochinillo con la siguiente salsa: 50 granos de pimienta molida, cantidad suficiente de miel, 3 cebollas secas, un poco de coliandro fresco o seco, garum, 1/2 1. de aceite, un poco de agua, y amalgamar en una cazuela. Echarlo encima del cochinillo, y poner a cocer. A media cocción, remover para que espese; si lo hace en exceso, añadir agua. El cochinillo se servirá acompañado de esta salsa.

sic percoque et sic porcellum inferes.

XXV. PORCELLVM LASARATVM:
Teres in mortario piper, ligusticum, careum, misces cyminum paululum, lasar vivum, lasaris radicem, suffundis acetum, addis nucleos pineos, caryotam, mel, acetum, liquamen, sinape factum. oleum omnia temperas et perfundis.

XXV *Cochinillo al benjuí*
Picar pimienta, ligústico, alcaravea, bastante cantidad de comino, raíz de benjuí, benjuí fresco, mojar con vinagre, añadir unos piñones, dátiles, miel, vinagre, garum y mostaza. Amalgamar, y echar encima del cochinillo.

XXVI. PORCELLVM IVSCELLATVM:
Mittes in mortario piper, ligusticum aut anesum, coriandrum, rutam, bacam lauri, fricabis, suffundis liquamen, porrum, passi sive mellis modicum, vinum modicum, olei aliquantum. cum coxeris, amulo obligabis.

XXVI *Cochinillo con salsa*
Preparar esta salsa: pimienta, ligústico, anís, coliandro, ruda, baya de laurel, picarlo bien, mojar con garum, añadir puerro, un poco de vino de pasas o miel, vino y algo de aceite. Una vez cocido, espesar con almidón.

XXVII. AGNVM SIMPLICEM:
De agno decoriato facies copadiola, lavabis diligenter, mittes in caccabo. adicies oleum, liquamen, vinum, porrum, coriandrum cultro concisum. cum bullire coeperit, saepius agitabis et inferes.

XXVII *Cordero*
Cortar en trozos el cordero, al que se le habrá quitado la piel, y lavarlos bien con agua. Ponerlos en una cazuela. Echar aceite, garum, vino, puerro y coliandro troceado. Cuando empiece a hervir, remover una y otra vez.

XXVIII. HAEDVM LASARATVM:
Haedi intestinas bene purgatas imples piper, liquamen, lasar, oleum et intra haedum mittes et bene consues et cum haedo simul coquuntur. et cum decoxerit, adicies in mortario rutam, bacam lauri, et levato haedo atque exsucato ipso iure perfundis et sic ponis.

XXVIII *Cabrito al benjuí*
Limpiar cuidadosamente las tripas del cabrito; llenarlas con pimienta, garum, benjuí y aceite, y meterlas dentro del animal. Coserlo, y poner a cocer. Terminada la cocción, preparar en un mortero pimienta y bayas de laurel, mezclar bien y cubrir el animal con esta salsa, después que echara todo el líquido.

XXIX. TVRDOS APONCOMENOS:
Teres piper, lasar, bacam lauri, admisces cuminum, garum et sic turdum per guttur imples et filo ligabis. et facies ei impensam, in quo decoquantur, quae habeat oleum, sales, aquam, anethum et capita porrorum.

XXIX. *Tordos rellenos*
Machacar pimienta, benjuí y bayas de laurel; mezclar con enogaro, y llenar con esta salsa el tordo por la boca; coserlo. Poner a cocer con agua, y se le echará aceite, sal, eneldo y unas cabezas de puerro.

XXX. TVRTVRES:
Aperies, ornabis diligenter, teres piper, lasar, liquamen modicum, infundis ipsas turtures ut combibant sibi, et sic assas.

XXX. *Tórtolas*
Abrirlas, y limpiarlas. Machacar pimienta, benjuí y un poco de garum; echarlo en la tórtola para que lo absorba, y asarla.

XXXI. IVS IN PERDICES:
Teres in mortario piper, apium, mentam et rutam, suffundis acetum, addis caryotam. mel, acetum, liquamen, oleum. simul coques et inferes.

XXXI. *Salsa para las perdices*
Machacar en un mortero pimienta, apio, menta y ruda, mojar con vinagre, añadir dátiles, miel, vinagre, garum y aceite. Cocerlo, y servir.